


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

KW 224
D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Koninklijke
Bibliotheek
's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Magnificis, Nobiliſſimis, Ampliſſimis, atque Prudentiſſimis Viris,

DNN. CONSVLIBVS ET SENATORIBVS REIP. Hamburgenſis,

DNN. *ac Fautoribus meis honorandis, ſalutem & obſervantiam.*

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, *atque* CONSVLTISSIMI VIRI,

QVOD diverſorum Regnorum atque Rerumpublicarum Deſcriptiones magnum præbeant tam in formanda quàm regenda Societate uſum, præſtantiſſimi quique Politici conſentiunt. Etſi enim etiam propter jucunditatem & animi recreationem à multis le-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

gantur, tamen inſignis illa, quam dixi, utilitas præcipuè ſtudium hoc commendat. Adeò hic verum eſt illud Terentianum: Periculum ex aliis facere, tibi quod ea uſu ſiet, cautum eſt. Huic autem parti Politicæ magna eſt cum Geographia conſuetudo & familiaritas. Etenim qui terrarum topographias, ſitum atque connexum ignorant, illi regnorum deſcriptiones neq; apte & jucunde deſcribere, neq; deſcriptas feliciter apprehendere poſſunt: Et qui regionum tantùm ſitum proponunt ſine gentium conditione, illi plerunque ſomnolentos reddunt auditores

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

vel lectores: Hæc cauſa eſt, quod Mathematici, ubi in Geographia occupati ſunt in regionum ſitu terminiſque explicandis, multa ſoleant adjungere de populorum ritibus & Republica. Ego quoque qui hactenus magnam temporis partem Mathematico ſtudio tribui, cum aliquando de Regno Iaponiæ tractarem, inveni apud diverſos Scriptores multa de eo annotata. Quæ cum colligerem, animadverti, à nemine hactenus illud regnum integrè deſcriptum eſſe. Itaque ea in ordinem redigere atque in certa capitula diſtribuere, ut in lucem darem, incepi. Ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

ſtro autem Nomini hoc opuſculum dedicare volui non tantùm eam ob cauſam, quod Vos omnis eruditionis Mœcenates eſſe cognoverim, ſed ideò præcipuè, quod in Veſtro Gymnaſio prima Philoſophiæ, inprimis Matheſis atque Phyſicæ fundamenta jecerim. Itaque æquum exiſtimavi, ut meam erga Vos gratitudinem teſtarer hoc libello, qui primus ex meis ſcriptis prodit, poſt ſe trahens alia non pauca. Accipite itaque VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ſerenâ fronte primum hunc meorum ſtudiorum fructum, atque eo, quo erga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

erga omnes liberalium artium cultores uti conſuevi-
ctis favore, me quoque dignum judicate. Valete. Dabam Amſtelodami Calendis Iulii, Anno MDCXLIX.

Veſtræ Amplitud.
Addictiſſimus

BERNHARDVS VARENIVS,
Medic. Doctor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

PRÆFATIO
Ad Lectorem.

AMice Lector, Cum omnes fere Reſpublicas, quibus populi totius terræ inter ſe diſtincti ſunt, exceptâ ſolâ Iaponiâ, deſcriptas latino ſermone eſſe ſcirem, & forte continua & diutina Mathematicarum rerum contemplatione (cujus fructus jam prælum exſpectant) defatigatus eſſem, conſtitui ingenio meo requiem aliquam concedere à ſeverioribus illis ſtudiis, quæ dici vix poteſt quantopere hominis mentem & cogitationes à rebus civilibus abſtrahant. Etenim quæ in Conica, difficillima totius Matheſis parte ſpeculatus fueram, ea typographi ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

excudere abnuebant, propterea quòd ea ſtudia pauciſſimorum hominum eſſe dicerent, atque ideo pauca valdè exemplaria & non niſi multis annis divendi, ita ut tantum non lucrum ex illis facere poſſint, ſed ne quidem expenſas & ſumtus in impreſſionem faciendos recipere. Faciliora itaque & quæ ab omnibus latinæ linguæ peritis intelligi poſſent, ſcribenda eſſe cum ſtatuiſſem venit mihi in mentem Iaponici Regni, quod ſolum ex omnibus Regnis latino ſermone nondum explicatum eſſe deprehenderam, etſi multa commemoratione digna in diverſis Scriptoribus partim Belgis, partim Luſitanis de eo legeram. Operæ itaque pretium me facturum putavi, ſi illa, quæ de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

eo legi, colligerem, in ordinem & certa capita diſtribuerem, obſcura illuſtrarem, tandemque publici juris facerem. Addiderunt mihi ſtimulum Viri quidam docti, qui cum Belgica quædam collectanea de eo regno apud me vidiſſent, & me de latina Deſcriptione cogitare cognoſcerent, magnoperè hortati ſunt ut propoſitum hoc meum perficerem. Verum enimverò vix ea rudi forma elaboraveram & diſpoſueram, cum Æſculapius, cujus ſacris dudum initiatus fui, intervenit, atque ut ſepoſitis aliis literarum ſtudiis Medicinæ exercendæ me totum tradam Medicamq; ſcientificam artem acrius excolam jubet. Etenim huic arti, dum in Academiis verſarer, ſoli ferè me dabam & curricu-

riculum Medici ſtudii abſolvebam: ſed cum non ſine magnis ſumtibus praxin ubi nulla occaſio eſt, ſuſcipi poſſe conſiderarem, propterea quod omnia ferè loca Medicis abundant, ideo putavi me rectius facturum, ſi primò in Philoſophia & inprimis Matheſi fortunam experirer, quandoquidem tantum temporis in illam impendi & labores exantlavi, ut ex illa omnino mihi fructum aliquem promittere deberem. Sed dum in hoc totus ſum, præter meam exſpectationem & de qua nunquam cogitaveram, offertur mihi occaſio medicinæ faciendæ, quæ quamvis tenue largiatur annuum æs, tamen talis eſt, ut & exercitio Medico amplum campum præbeat, & induſtriam

meam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

meam atque artem aliis probare poſſit atque ea ratione ad lautioremconditionem promovere. Ideo, re in utranque partem expenſa, occaſionem hanc nequaquam negligendam cenſui, amicis idem ſuadentibus. Accedit, quod ingenium meum magis afficitur & trahitur Phyſicæ ſtudio & naturæ contemplatione, quam cum mihi in toto ſtudio tanquam metam propoſuerim, gaudebam, quod hac occaſione poſthac illi diſciplinæ me totum tradere poſſem. Etenim Medica ars ita conjuncta eſt Phyſicæ, ut altera ſine alterius ope claudicet. Cum itaque Matheſis, Phyſica, & Medicina tot tantiſque difficultatibus ſcateant, ut vel unaquæque earum totum hominem poſtulet, hoc mecum reputans,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

*tans, judicavi optimè me factu-
rum, ſi aliis ſtudiis valedicerem,
neque poſthac ex aliis, quàm tri-
bus illis quas nominavi erudi-
tionis ſpeciebus, laudem glo-
riamque honeſtam quærerem.
Quod ut abſque aliorum admi-
ſtione vel interpellatione præ-
ſtare poſſem, illa quæ ferè abſol-
veram, perficere & meâ pote-
ſtate emiſſa publici juris facere
decrevi, nimirum Deſcriptio-
nem hanc Iaponiæ, item de Reli-
gione in illo regno, præterea Ta-
bulas Hiſtoriæ Vniverſalis. Acci-
pe igitur benevolo animo, amice
Lector, hanc Deſcriptionem, at-
que ubi reliquos duos libros et-
iam acceperis, tunc præter Ma-
thematica, Phyſica & Medica
in alio nullo argumento à me
quicquam expecta. Vale.*

DIS-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

DISSERTATIO
De Rebuspublicis in Genere.

QVoniam Deſcriptio hæc mea Ia-
poniæ numerum Rerumpubli-
carum claudit, non ingratum ju-
venibus fore putavi, ſi quædam cognit-
neceſſaria de Rebuspublicis in gener-
& earum numero præmiſero.

DE DEFINITIONE.

REspublica communiter & jam &
olim ſumitur pro Democratia &
Ariſtocratia, & frequenter anguſtior-
adhuc ſignificatione pro ſola Democra-
tia, ut Monarchia ſeu Regnum exclu-
datur ab hac ſignificatione. Sæpe etiam
ita ſumitur, ut Bonas tantum Guberna-
tionis formas pravis excluſis compre-
hendat. A Politicis tamen ita late ple-
rumq; ſumitur, ut non tantum Regnum
ſed etiam omnes gubernationis forma-
bonas & pravas comprehendat. Ita in ge-
nere eam definit Ariſtoteles libr. 3. Po-
lit. c. IV. Eſt, inquit, Reſpublica, ordi-
natio civitatis (latè hic ſumitur civitas)
circa omnes quidem magiſtratus, maxi-
mè autem circa id, quod ſummam in
civitate habeat autoritatem, ſive quod
principaliſſimum ſit. Principaliſſimum
autem eſt id, quod ubique gubernat &

regi-

regit civitatem. Hæc Ariſtotelis eſt Definitio, quam ſi ſimpliciorem & clariorem cupis, dico quod Reſpublica ſit nihil aliud, quam modus & forma juxta quàm civitas gubernatur. Qui verò Rempublicam ita late ſumere nolunt ſed ſtrictè pro Democratia, illi pro generico vocabulo uſurpent Formam gubernationis. Atque hæc homonymia in vocabulo Reipublicæ non negligenda eſt in autorum Lectione. Alia quoque homonymia eſt, cum Reſpublica ſumitur pro ipſa gente, quæ una gubernatione regitur.

DE DIVISIONE.

ARiſtoteles libr. III Polit. cap. V. de diviſione hæc habet: cum gubernatio civitatis & regimen idem ſignificent, regimen autem eſt poteſtas civitatis: neceſſe eſt, poteſtatem hujuſmodi aut penes unum eſſe, aut penes paucos, aut penes multos Quando igitur unus, vel pauci, vel multi, communem utilitatem in gubernatione ſequuntur, has eſſe rectas Rerumpublicarum ſpecies neceſſe eſt: quando autem ad propriam utilitatem vel unius, vel paucorum, vel multitudinis gubernatur, tranſgreſſiones ſunt & labes. Vocare autem conſuevimus, cum unus ad utilitatem

com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

communem reſpicens gubernat, Re-
giam poteſtatem. Cum vero pauci gu-
bernant, plures tamen uno, optimatum
gubernationem (Ariſtocratiam,) vel e
eo quia optimi præſunt, vel ex eo, qui
ad optimum publicum adminiſtran
Cum autem multitudo gubernat a
communem utilitatem, vocatur com
muni nomine Rerumpublicarum om
nium, Reſpublica. Prolabuntur ver
ac tranſgrediuntur hujuſmodi ſpecie
Ex regia quidem gubernatione in tyran
nidem: ex optimatibus verò, in pauco
rum potentiam: ex republica autem i
popularem ſtatum. Tyrannidem enim
eſſe dicimus, dominatum unius ad pro
prium commodum intendentis: Pau
corum autem potentiam, cum ad opu
lentorum commodum gubernatur. Po
pularem autem ſtatum, cum ad com
modum egenorum. Harum enim null
ad communem utilitatem reſpicit. Idem
Ariſtoteles cap. x, Regiæ gubernatio
nis ſeu Reipublicæ quinque ſpecies re
cenſet ita: Facile eſt intueri quod plu
ra genera ſunt, nec eſt omnium regum
modus unus poteſtatis. In Lacedæmo
niorum enim Republica videtur Re
eſſe maximè ſecundùm leges. Nequ
enim poteſtatem habet omnium: ſe
cum egreditur extra regionem, impe
riu

rium habet eorum, quæ pertinent ad bellum; præterea ſacrificia: vitæ neciſque alicujus non habet poteſtatem, niſi dum bellum gerit.

Vna ergo ſpecies regni (Laconica) eſt autoritas belli perpetua, & quandoque per genus, quandoque per electionem hujuſmodi regnum obtinetur. (Hanc Ariſtoteles cap. xi negat eſſe regni ſpeciem rexera, ſed nomine tantum quia etiam in Democratia talis eſſe poſſit. Et revera ſi verum fateri volumus, is Rex non eſt, quales etiam in Europa reperiuntur. Contra alii, etſi regiam abſolutam poteſtatem obtineant, tamen uſus invaluit, ut Reges non vocentur, ſed alio nomine. Ita dicimus Magnus Dux Moſcoviæ vel Ruſſiæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Magnus Dux Florentiæ, Cæſar Romanus, Cæſar Turcarum. Poloniæ Reges olim Principes tantùm vocabantur, ſicut etiam Bohemiæ, cum tamen eo tempore majorem quam deinde poteſtatem haberent. Ita Pontifex Romanus non dicitur Rex, etſi parti Hetruriæ, Ducatui Spoletano, Marchiæ Anconitanæ, Romaniolæ & Romano agro imperet.

Abuſus quoque eſt vocabuli Regis, quando illis tribuitur, qui alium Dominum agnoſcunt, & ideo Reges pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

prie loquendo non ſunt, Regi ut Neapolitano, Bohemiæ, Maroccenſi, Tunetano, & aliis multis in India Orientali, Iaponia & Africa. Certe eodem jure Princeps Tranſſylvaniæ Rex dici deberet. Verùm hæc copioſiorem explicationem poſtulant, quàm ut à nobis explanari poſſit, neque ſine diſtinctione & diverſa feudorum conditione dijudicanda ſunt. Itaque exactam hac de re informationem qui deſiderat, is conſulat libros Iuriſconſultorum, qui de Feudis & Vaſallis copioſè tractârunt.)

Secunda Monarchiæ ſpecies eſt, Barbarica, qualia ſunt apud quoſdam Barbaros regna, vim habentia proximam tyrannidi, licet ſint legitima & ſecundum morem parta.

Tertia eſt ſpecies, ut antiquitus in Græcia fuêre, quos vocabant Æſymnetas. Eſt autem hæc, ut ſimpliciter dicamus, electiva tyrannis, differens à Barbarica, non eo quod non legitimè, ſed eo quod non conſuetè fiat. Poteſtas autẽ hujuſmodi aut vivente eo durabat, aut tempore quodam præfinito, vel rebus geſtis finiebatur. Hujuſmodi ſpecies, quia tyrannicæ ſunt, dominationem habent: quia verò electivæ ſunt & volentium, Regiæ.

Quarta ſpecies regni eſt, quales erant

heroi-

heroicis temporibus ſpontaneæ ſecundùm morem & legem, Volentium ſcilicet & in quibuſdam determinatis rebus. Dux enim belli & judex controverſiarum erat Rex, & Dominus ceremoniarum erga Deos.

Quinta eſt ſpecies regni, quando unus omnium habet poteſtatem. Hanc Ariſtoteles cap. xii l. 3. ait eſſe propriè dictum regnum.

Ariſtocratiæ, Democratiæ, Oligarchiæ ſpecies idem Ariſtoteles explicat libro quarto Politicorum, ad quem lectores remittimus.

Cæterùm hodierni Politici dividunt Reſpublicas in Simplices & mixtas: ſimplices non aliter explicant, ac jam ex Ariſtotele diximus. Mixtas autem vocant, ubi gubernatio non purè juxta unam formam ſed partim juxta unam, partim juxta alteram inſtituitur vel non abſoluta eſt Regis, Optimatum, populi poteſtas. Et quidem cum tres ſint bonæ formæ Rerumpublicarum, erunt mixtæ quadruplices, nimirum

Mixtæ {
Ex Monarc. & Ariſtocratia.
Ex Monarchia & Democrat.
Ex Ariſtocratia & Democrat.
Ex Monar. Ariſt. & Democr.

Si verò etiam pravas Rerumpublicarum ſpecies numeremus, multò plures

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

erunt poſſibiles mixturæ. Non me latet, quod mixtæ hæ Reſpublicæ à quibuſdam Politicis explodantur: ſed eam controverſiam hic meam facere nolo. Id tamen manifeſtum eſſe arbitror, eſſe illas vel ſpecies Rerumpublicarum, vel ſaltem determinationes & limitationes ſimplicium, valde cognitu neceſſarias, utiles & tales, quarum conſiderationem Politicus nequaquam omittere debeat. Ariſtoteles quidem diviſionem hanc expreſsè non ponit, ipſam rem tamen clare ſatis libro quarto pluribus locis habet, inprimis cap. VIII inquiens: Vbi Reſpublica reſpicit ad divitias & ad virtutem & ad populum, ut eſt apud Carthaginenſes, ea naturam optimatum ſapere videtur: & ubi ad duo illorum ſolum, ut Lacedæmoniorum, ad virtutem & populum: & eſt hæc MIXTVRA popularis ac virtutis (Ariſtocratiæ). Sed ſatis de hoc, quia non de re ſed verbis controverſia eſt.

DE OPTIMA FORMA REIPVBLICAE.

QVænam ſit optima Reipublicæ forma, de eo Politici diſputare ſolent. Græci olim Democratiam prætulerunt, modernorum plurimi Regiam poteſtatem, pauci Ariſtocratiam, alii mixtas ſpecies commendant, nimirum ſinguli

eam præſtare aliis contendunt, in quali ipſi vivunt. Et quia veteres, Socrates, Plato, Ariſtoteles, aliiq; in Democratica vivebant civitate, hanc formam laudarunt: hodie quia perpaucæ reſtant democraticæ gubernationes, multæ verò regiæ, ideo Politici hodie regnum Democratiæ præponendum contendunt. Neque id ſine cauſa, quia in Democratia docti & Politici in parva ſunt æſtimatione. Vt autem ſyncerum & abſque præjudicio de hoc ſententiam feramus, ſciendum eſt quæſtionem hanc duplicem vel etiam triplicem admittere & comprehendere ſenſum, idque propter homonymiam, quæ in voce OPTIMA latet. Etenim ſicut Bonum triplex eſt, 1. Honeſtum ſeu juſtum, 2. Vtile. 3. Iucundum, ita quoque de optimo intelligendum eſt quod triplex ſit. Et de jucundo quidem Optimo hic quæſtio eſſe nequit, ſed de Iuſto & Vtili: ita ut hæ duæ quæſtiones ſint:

1. Quænam ſit juſtiſſima ſeu legi naturæ & rationi maximè conformis Reipublicæ?

2. Quænam ſit omnium utiliſſima, ſeu, maximè conducens commodo civium, & tutos eos reddat ab omni amittendæ libertatis periculo. Tertium quoque ſenſum admittit, Quænam

ſit & juſtiſſima & ſimul utiliſſima?

Etſi enim Cicero in tertio libro de officiis, multis diſputet ex Panætio & defendere nitatur, idem eſſe honeſtum & utile, acriterque in contrarium ſentientes invehatur, tamen ea Oratio plus habet ſplendoris quàm Veritatis & fundamenti. Vocabula enim valent ut nummi, & quod utilia dicantur bona in communi vita, reſpectu ipſius utilitatis, nemo ignorat niſi qui vitam humanam ignorat.

Reſoluta itaque propoſitione in triplicem ſenſum, dico, quod Categoricè reſponderi non poſſit, in quocunque ſenſu ex iſtis tribus ſumatur. Nam ſi primam quæſtionem conſideremus, quoniam in diverſis ſocietatibus diverſa eſt ſæpe conditio hominum, & in quibuſdam plures virtuoſi, in aliis plures vitioſi, ideo cum diſtinctione reſpondendum eſt, & quidem ex illo axiomate, quod pars eſt legis naturæ ſeu rectæ rationis, nimirum hac: Præſtantiores & prudentiores, minus præſtantibus imperare decet, & magis honorari: ſimilibus autem & æqualibus idem jus & eadem dignitas convenit. Hoc ſuppoſito, facile eſt colligere, ſi unus aliquis in civitate ita virtutibus exornatus ſit, ut parem in hiſce non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

habeat, illi deberi ſupremam poteſtatem, & in ea civitate juſtiſſimam eſſe regiam gubernationis formam.

Si autem non unus excellens ſed plures pares virtute adſint, æquum eſt illos quoque omnes admitti ad gubernationem, & in ea civitate juſtiſſima erit Ariſtocratia: cumque illam æqualitatem in plerisq; ſocietatibus videamus, abſolutè reſponderi poteſt, Ariſtocratiam eſſe juſtiſſimam. Et hæc cauſa eſt, quod ſapientiſſimus Mundi Gubernator Deus Opt. Max. populo Iſraëlitico Ariſtocraticam Societatis rationem præſcripſerit, in qua etiam beatè & feliciter vivebant uſque ad Regem primum Saulem. Etenim ſeniores, qui ante reges ſummæ rerum præerant, Ariſtocraticus erant Magiſtratus. Hanc quoque ob cauſam Ariſtoteles Ariſtocratiam aliquoties vocat Rempublicam Virtutis.

Si verò vel omnes cives pariter virtuoſi vel minus virtuoſi ſint, tunc Democratia conformis eſt naturæ.

Quod ſi unus in una virtute excellat, alii vero in alia virtute, vel plerique cives tunc mixta Reipublicæ forma æquitatem obſervavit. Atque ita ſi ſolum æquitatem & quid juſtum ſit ſpectemus ut in prima quæſtione, ſatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

declaravimus noſtram ſententiam.

Si autem ſecundam quæſtionem ſpectemus, hæc quoque varia complectitur, nempe, quænam forma magis valeat ad rem faciendam, ad commodiorem civium vitam, ad præcavendas ſeditiones & tumultus, ad arcendos hoſtes, ad conſervationem libertatis, &c. Ariſtoteles libr. 3. polit. cap. ultimo, hanc quæſtionem ita ſolvere conatur: Primo determinandum eſt, inquit, quid congruat Regi, quid Optimatibus, quid Reipublicæ (hîc ſumitur pro Democratia.) Regibus congruit hujuſmodi multitudo, quæ naturâ apta ſit ferre genus præſtans virtute ad principatum civilem. Optimatibus (Ariſtocratiæ) congruens eſt multitudo liberorum, quæ nata ſit ad ferendam gubernationem eorum, qui ſunt ſecundùm virtutem primarii. Ad civilem autem gubernationem Reipublicæ congruit ea multitudo, in qua populus innaſcitur bellicus, qui gubernari poſſit & gubernare ſecundum leges & æquitatem. Hæc Ariſtotelis ſolutio eſt, in qua non immeritò hæc deſideres, primò quod non explicet, quomodo illa aptitudo in civibus ſit cognoſcenda, ſecundò, quod pro certo ponit, de quo tamen non ſine cauſa quis dubitet: Annon multi popu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

ſi æquè ad Regiam, Ariſtocraticam, Democraticam vel etiam mixtam gubernationis formam apti ſint? Quod ſi ſupponamus, dicendum videtur, quod ex ſimplicibus quidem formis Democratia ſit utiliſſima Reſpublica: Ex mixtis vero & in genere, optima ſit Democratia mixta cum Regno. Verumenimverò hæc copioſam magis & pleniorem diſſertationem poſtulant, quàm ut hoc loco pro dignitate tractari poſſint, & explicari. Incommoda tamen, quibus ſingulæ ſimplices laborant formæ, utile eſt ante oculos ſibi proponere. Sunt autem hæc.

Incommoda Regiæ poteſtatis abſolutæ.

1. FAcile abit in tyrannum is, qui antea bonus Rex erat. Namque à virtute ad vitia facilis lapſus, & ad proprium commodum naturâ homines magis reſpiciunt. Hiſtoriæ ſuppeditant exempla magno numero.

2. Ab adulatoribus & Conſiliariis facile immutatur.

3. Invidioſa eſt talis poteſtas unius. Quia enim alii exiſtere poſſunt vel magis vel æquè ſaltem virtuoſi, illi detrectant imperium, & inde rebellio, & bella, lanienæ hominum.

4. Vnus non ſufficit omnibus Reipublicæ negotiis adminiſtrandis, per miniſtros autem, quia hi plerunque & negligentes & avari, aliiſve vitiis laborant, non ſine injuria civium expediuntur. Id ex crebris Hiſpanorum, Gallorum atque aliarum gentium ſub regia poteſtate viventium querelis ſatis ſuperque conſtat.

5. Subditi de poſſeſſionibus ſuis atque opibus nunquam certi eſſe poſſunt, ſed in continuo verſantur metu, ne delati ſint falsò apud Regem.

6 Liberi Regum ſæpe degenerant à paternis virtutibus. Vnde electitium regnum magis eſt ſecundum rationem rectam, hæreditarium non item, ſed ideo juſtum cenſetur, quia ſupponitur id, quod ſæpe falſum eſt, nempe hæredes regni paterni eſſe etiam hæredes paternarum Virtutum.

Incommoda Ariſtocratiæ.

1. QVod plerunque in conſiliis capiendis diſſentiunt, unde rixæ, ſimultates, & alia mala.

2. Quod conſilia contra hoſtes facile his innoteſcunt, unde ea eventu felici deſtituuntur. Id Belgæ fœderati in bello contra Hiſpanum experti ſunt ſæpiſſime, nec diſſimulavit hoc Princeps

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Arauſionum, cum de expugnanda Sylva ducis animo volveret conſilium. Ita tum aliquoties inſtructiſſimas claſſes miſerint per fretum Magellanicum & huic vicinum ad expugnandum aureum regnum Peru, quod Hiſpanus poſſidet, vel ſaltem ad infringendam Hiſpanicarum opum in America potentiam, nihil effectum eſt, quoniam Hiſpanis diu ante innotuerat navium adventus & ideo littora & caſtella firmis præſidiis munita erant.

3. Quod multi multos habent cognatos & amicos, quos ad dignitates evehere, lautis muneribus ornare ſatagunt, quæ res aliorum animos irritat, unde ſeditiones & bella.

4. Quod unus vel alter ex illis facile donis & largitionibus corrumpuntur, quoniam non æquales poſſident divitias.

Incommoda Democratiæ.

DVo illa cum Ariſtocratia habent communia incommoda quæ primo & ſecundo loco poſita ſunt.

3. Et quia multi egeni & pauperes, in Republica, ideo donis corrumpuntur plurimi & ſpe divitiarum ad injuſta impelluntur, unde variæ molitiones. Namque vota ſua vendunt iis à quibus

bus opes ſperant. Exempla qui cupit, i Romanam legat Hiſtoriam, ubi affatim ea reperiet.

4. Deſtituuntur prudentiâ & intelligentiâ, qualis ad gubernationem & eligendos magiſtratus requiritur: itaque ſæpe indignos dignis, præferunt.

5. Admodum indulgent affectibus quos regere impotentes ſunt, facile quoque Oratione impelluntur ad inhoneſta vel ea, quæ cum damno Reip ſunt conjuncta. Exempla ex Athenienſium Republ. petantur & Romanorum.

6. Minus quoque obedientes ſunt magiſtratui quem elegerunt, cum à ſe profectam illam autoritatem & ſibi licere eam in alios conferre exiſtiment. Itaque ubi tributa indicuntur, vel vectigalia mercibus imponuntur, & ubi rem militarem eâ, quâ decet, induſtria tractare jubentur, inviti valdè & tardi, deprehenduntur, vel etiam ſeditionem movent.

7. Omnibus hæreſibus & ſectis patens janua præbetur.

Hæc ſunt illa, ex quibus judicium de optima Reipublicæ forma faciendum eſt.

De

De Mutatione Rerumpublicarum in aliam Formam.

ASiatici, Africani, & Americani populi, non tam propter ſingularem naturæ proprietatem (ut quidam falsò exiſtimant) quàm propter diuturnam conſuetudinem & aliarum gubernationum ignorantiam, omnes ſub regio degunt imperio, eoque abſoluto & ſevero, neque unquam ab antiquis uſque hiſtoriarum monumentis aliam gubernationem experti ſunt. Atque ideo valde mirantur, quando Europæi ipſis exponunt, hic gentes ſine Rege vivere & gubernari feliciter. Vnde fit, ut in India postquam Belgæ (Hollandi ibi vocantur) illuc navigârunt, Princeps Arauſionum vocetur ab Indianis Rex Hollandorum, quem titulum etiam illi in literis ſuis tribuunt. Et Rex in Iohor (eſt provincia Malaccenſis Cherſoneſi in India) cum Belgæ ipſi enarrâſſent formam Reipublicæ Belgicæ, nempe hanc à multis adminiſtrari neque Regis alicujus imperium agnoſcere, effusè adeo riſit, ut vix quadrante horæ ſe colligeret atque reliqua enarrandi locum Belgis concederet, ut in Navigationibus Belgarum me legiſſe memini.

Euro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Europa ſola ex quatuor terræ partib
varias formas regiminis experta eſt. R
giam quidem abſolutam poteſtate
nulla Europæ provincia agnoſcit, præ
terquam Hiſpania, & jam ab aliquot ſ
culis Gallia, atque eæ partes quas Tur
tenet: reliquæ Europæ regiones vel
regibus reguntur, quorum poteſtas ce
tis aſtricta eſt legibus, idque in quibu
dam magis, in quibuſdam minu
(quod indicium eſt Mixtæ Reipubl.) v
Democratiâ, vel mixtâ ex Democrati
& Ariſtocratia fruuntur.

Abque hæ varias ſubierunt mutatio
nes. Periit Reſpublica Athenienſium
Thebanorum, Lacedæmoniorum, Co
rinthiorum & quæ alias devoravera
Romanorum, atque jam Regia imò ty
rannica Turcici Imperii poteſtas ſuc
ceſſit in Græcia, in Romano territori
Pontificis authoritas.

Helvetii jam olim Democratiâ gau
debant tempore Iulii Cæſaris à qu
ad Romanum Imperium redacti &
deinde Burgundiæ Duci (aliis tame
interpoſitis gubernationibus) parue
runt, ante aliquot verò ſecula priſtinar
libertatem & Democratiam recuperâ
runt atque in hunc uſque diem tuen
tur. Ita Belgæ, quos Fœderatos voca
mus, cum antea variis Regibus atqu

ultim

ultimò Duci Burgundiæ atque Hiſpano, quatenus hic Dux eſt Burgundiæ, paruiſſent, jam rejectâ regia poteſtate, mixtam ex Ariſtocratia & Democratia formam gubernationis amplexi ſunt. Italia ante Romanam potentiam varias habebat gubernationes, deinde uni Romanæ Democratiæ ſubjecta fuit, mox Imperio Romano, hodie iterum in varias gubernationes divulſa cernitur. Sic Scoti & Angli modò unam Rempublicam, mox duas conſtituerunt.

DE NVMERO RERVM PVBLICARVM.

MVltò plures olim fuiſſe Reſpublicas, quam hodie ubi plures regiones paucioribus reguntur Imperiis, nemini poteſt eſſe ignotum, qui hiſtorias diverſarum regionum legerit. Germania olim numerabat multos Reges, Hiſpania plures, Inſula Creta quadraginta, Græcia plurimas Democratias. Sed partim prudentiâ hominum, qui viribus conjunctis tutiores ſe fore ab hoſtibus autumabant, partim hæreditate & conjugio, partim inſatiabili hominum cupiditate regnandi factum eſt, ut multi populi in unam Rerumpublicam coacti ſint. Et propter hanc mutationem non poteſt conſtans earum numerus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

rus colligi. Hæc noſtra ætas luculen
ejus varietatis exempla præbuit, cu
primo Luſitaniæ regnum cum omn
bus Indiæ & Africani littoris dition
bus Regno Hiſpanico avulſum eſt & p
culiare regnum dedit: deinde cum H
ſpaniæ Rex Belgas fœderatos liber
pronuntiavit atque omni in e
poteſtati & juri renuntiavit ſolen
& publico ritu. Tertium exemplum fi
neſtum ſanè, nuper dedit Anglia, pot
quam potentiores necato Rege Dem
cratiam formare aggreſſi ſunt, & à Sc
tiæ regno ſe ſeparaverunt, etſi meo qu
dem judicio Oligarchia introducta ſi

Sed antequam de numero Rerump
blicarum, quæ jam ſunt, agamus, h
prius diſquirendum; An omnes Regi
nes, quæ eundem agnoſcunt ſupremu
magiſtratum, unam conſtituant Rem
publicam, an diverſas? Rex Hiſpani
imperat Hiſpanis, Neapolitanis, Belgi
Siculis, Americanis, Philippinis inſu
lis, quæ regiones in diverſis terræ pa
tibus valdè à ſe invicem remotæ jacen
ergo omnes hi populi unum regnu
conſtituere dicendi ſunt, an verò di
verſa? Sic Daniæ Rex Norvvegiæ im
perat, Sueciæ Rex Finlandiæ, Lappia
Turca plurima regna tenet; ſicut Ro
mani olim. Veneti Cretam, Belgæ fœ
dera

derati Amboinam, Bandam, & alia in Oriente poſſident. Helvetii ſtipendiariis populis imperant. Dico itaque, primò, Ex diverſitate & numero regionum non poſſe nec deberi de numero Rerumpublicarum judicari. Belgium enim duas comprehendit Respublicas, Regiam & Fœderatam. Sic in Germania ſunt Helvetii. Hungaria partim Cæſari Turcarum, partim Cæſari Germano paret. Quemadmodum itaque in regione unius nominis, & quæ antehac unum agnovit Dominum, poſſunt duæ Reſpublicæ exiſtere, ita quoque non abſurdum eſt, duas pluresque regiones, quæ antea ſingulis ſubjecti erant Dominis unam Rempublicam conſtituere. Difficultatem autem hîc facit homonymia, quæ in vocabulo Regni latet. Hoc enim interdum pro ipſa regione, interdum pro forma regiminis ſumitur, ſicut Reſpublica etiam duplici hoc ſenſu ſumitur.

Dico ſecundo, quæſtionem propoſitam in Regia tantum poteſtate locum habere non item in Ariſtocratia & Democratia. Namque ſi duo pluresve populi eundem agnoſcant Ariſtocraticum magiſtratum, vel ſi una eorum ſit Democratia, ecquis dubitet, quin ea Reſpublica ſit una? Exempla verò de Vene-

tis, Belgis & Romanis (ante Cæſares) huc non quadrant. Etſi enim Reſpublicæ hæ ſint Democratiæ vel ex Democratia & Ariſtocratia miſtæ, id tamen de membris modò ſeu civibus intelligendum eſt, qui tali modo gubernantur, ſed de aliis, qui cives non ſunt, alia ratio eſt. Hi enim, quoniam & à votis & à muneribus ejus Reipublicæ, cui parent, excluduntur, non Ariſtocratico nec Democratico, ſed regio reguntur imperio, & Reſpublicæ illæ perſonam Regis repræſentant. Sic Romani Aſiam, reliquaſque provincias regio imperio tenebant miſſis Proconſulibus, qui ſummam poteſtatem obtinebant. Ita Belgæ in inſulis Amboina, Banda &c. præfectos ſuos habent, qui ibi imperant, Veneti in Creta, quo nomine titulum Sereniſſimæ Reipublicæ gerit. Itaque talia regna diverſa eſſe ab ipſis Rebuspublicis manifeſtum eſt, cum ſit diverſa ratio magiſtratuum. Etenim diverſæ regiones ſi unam conſtituant Rempublicam, ſingulæ mittunt unum magiſtratus membrum vel plura, quæ autem regiones ſubjectæ ſunt uni Reipublicæ, illæ non mittunt gubernatorem, ſed illis mittitur.

Dico itaque tertio, quoniam quæſtio propoſita locum tantùm habet in illis

regio-

regionibus, quæ unum agnoſcunt Regem, cum antea diverſos habuerint vel Reges vel alterius formæ Rempublicam, cum diſtinctione reſpondendum eſſe. Vel enim in regiones illas Regi ſumma & abſoluta eſt poteſtas adeoque æqualis, vel diſpar eſt ratio, & Rex tantum eſt ſecundum leges.

Si primum, omnes illi populi unum Imperium ſeu regnum conſtituere cenſendi ſunt, nec diverſitas regionum aut diſtantia hoc impedire poteſt, neque quod conſuetudo loquendi regni eam appellationem non admittere videatur, cum ipſam rem hic habeamus. Ita Imperium Romanum, redactâ ad Imperatores poteſtate, ita Monarchia Perſica, Macedonum, Babylonia cenſentur fuiſſe unum Imperium, etſi plurima regna & disjuncta à ſe invicem in illa coierint: ſic hodie Turcicum regnum complectitur Europæ, Aſiæ, Africæ regiones, Rex Hiſpaniæ multa remota à ſe invicem regna, & vicina, Arragoniæ, Biſcajæ. ſi autem diſpar ſit Regi poteſtas in illas regiones, præſertim & ſi reliqua adminiſtratio Reipublicæ quoque diverſa ſit, non erunt illæ unius Reipublicæ membra, ſed diverſa regna, & plerunque in his accidit, ut Rex quædam regna jure hæreditatis, reliqua

per electionem modo obtineat. S
cum Germani Carolum V. Hiſpani
Regem eligerent ſibi Cæſarem , neut
quam ex Hiſpania & Germania unu
fiebat regnum; Et cum Sigiſmundu
filius Regis Sueciæ , electus à Polon
Rex , mortuo parente , Sueciæ quoqu
regnum anno 1594 teneret, non ideo e
Polonia & Suecia unum conflatum era
regnum , quia admodum diverſa Reg
in hæc regna erat autoritas , & tota gu
bernatio regnorum diverſa , nullu
quoque inter populos hoſce fœdus au
vinculum.

Hiſce præmonitis enarrabimus om
nes Reſpublicas ſeu ſummas poteſtates
quibus hodie terrarum orbis paret.

In Europa itaque ſunt Reges hi.

1. Cæſar Germaniæ electitius , qu
etiam dimidiæ Hungariæ electitium re
gnum tenet , quod ad Germaniæ re
gnum non pertinet.

2. Rex Hiſpaniæ , qui præter Hiſpa
niam , tenet Americam fere totam, re
gnum Neapolitanum, (feudum Pontifi
cis, cui etiam ſingulis annis tributum
ſolvit) Belgii partem, Philippinas inſu
las, omnes hæreditarias.

3 .Rex Galliæ,qui præterGalliam hære
ditariam nullas alias regiones poſſidet
exceptis iis quas Hiſpano nuper in bel

o ademit. Eodem tamen jure præten-
lit Novam Franciam ſibi deberi in
America, quo Hiſpanus totam ferè
Americam poſſidet.

4. Rex magnæ Britanniæ (Angliæ
nimirum & Scotiæ) & Irlandiæ hære-
litarius. Etſi enim hoc tempore An-
glia peculiarem Rempublicam conſti-
tuat, tamen quia violenta videtur gu-
bernatio, & diſcordiâ valde laborat,
nullus dubito, quin eam Rex brevi ſit
recuperaturus: ſed de hoc futura tem-
pora docebunt.

5. Rex Luſitaniæ hæreditarius, ſed
Hiſpanus non agnoſcit illum.

6. Rex Poloniæ electitius & admo-
dum reſtrictæ poteſtatis. Lithuania olim
quidem hæreditaria erat, quia anno
1386 Poloni elegerunt ſibi Regem Ma-
gnum Ducem Lithuaniæ Iagellonem:
ſed cum anno 1571 ultimus Rex Polo-
niæ & Lithuaniæ ſine hærede obiret, Li-
thuania adjuncta eſt (incorporare vul-
gus dicit) regno Poloniæ, & Reges ele-
cti Poloniæ ſimul obtinent Lithuaniam.

7. Rex Daniæ electitius eſt, Nor-
vvegiam autem hæreditatis jure tenet.
Et quia duo hæc regna diverſis utuntur
circa magiſtratus inſtitutis, neque regia
poteſtas eadem, ideo duo regna, non
unum cenſenda ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

8. Regno Sueciæ hæreditario jam præeſt Regina, animo heroico, literarum atque omnis eruditionis amore, favore, liberalitate & humanitate erga doctos palmam regibus præripiens. Et quoniam Finlandia non minus eſt hæreditaria, ideo cum Suecia unum regnum facit.

9. Magnus Dux Moſcoviæ ſeu Ruſſiæ albæ hæreditarius. Quod enim Rex non vocetur, id nihil regiæ poteſtati derogat, ut antea diximus, quia rem, non vocabulum jam ſpectamus. Imo titulum Imperatoris & Cæſaris gerit totius Ruſſiæ, quæ in Aſiam uſque ſe extendit.

10. Imperator Turcicus, hæreditarius. Etſi enim & in Aſia & in Africa plura regna obtineat, tamen quia in Europa ſedem Imperii defixit, & non paucas regiones & quidem illuſtres poſſidet, Regibus Europæis annumerandus eſt. Vaſallos regio titulo habet plurimos: ſed ut jam ante diximus inter Regem vaſallum & Principem vaſallum nulla eſt differentia, atque Regem eſſe & ſimul vaſallum (reſpectu ejuſdem regni, cujus Rex dicitur) pugnant inter ſe, ſi propriè ſumamus vocabulum Regis.

11. Italia varias in Reſpublicas & regna,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

regna, etſi ita non vocentur, diſtribuitur.

1. Pontifex Romanus, electitius, etſi Regis titulum non obtineat, Regium tamen exercet imperium in multas provincias, quas ſupra enumeravimus. Præterea vaſalli ejus ſunt Rex, Neapolitanus ſive utriuſque Siciliæ Dux Parmenſis, Vrbini &c. Dux Sabaudiæ, Mantuæ, Mutinæ vaſalli ſunt Cæſaris Germanici.

2. Magnus Dux Tuſciæ ſive Florentiæ.

Itaque Regiæ poteſtatis Reſpublicæ in Europa ſunt duodecim, & annumeratis Hungariâ & Norvvegia, quatuordecim: Si Luſitanum excludas, tredecim. Respublicæ verò Democraticæ vel mixtæ ex Ariſtocratia & Democratia ſunt hæ. Tres in Italia.

1. Res publica Venetorum antiquiſſima, cui Cretenſe regnum ſubjectum eſt.

2. Genuenſium, cui Corſica inſula paret.

3. Lucenſium.

4. Helvetiorum, quibus populi, dicti Helvetiorum ſtipendiarii parent.

5. 6. 7. Rhætorum in Alpibus tres ſunt Respublicæ, fœdere quidem junctæ, ſed non ſub eodem ſupremo magiſtratu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

8. Valleſiorum Genevenſis Reſpubl. libera in Sabaudia.

9. Belgarum Fœderatorum Reſpublica, omnium potentiſſima, cui non paucæ Inſulæ & loca in Oriente parent, Amboina, Banda, Moluccæ, Malacca.

ET IACATRA IN IAVA &c.

SI Angliam aliquis pro tempore annumerandam cenſeat, erunt novem.

In Europa itaque Reſpublicæ ſunt viginti duæ, aut tres.

ASIAE REGNA.

IN ſola Europa reperiri alias præter regiam Reſpublicas, jam antea dictum eſt; In Aſia itaque & Africa regna tantum enumeranda veniunt. Turcarum Rex jam in numero Europæorum numeratus eſt, itaque eo omiſſo reliquos ponemus.

2. Rex Chinarum, qui & Cæſar appellatur, quia habet vaſallos regio nomine.

3. Rex Tartariæ, magnus Cham, ex Tamerlanis Tartari progenie.

4. Rex Indiæ, ſive magnus Mogor, qui ſibi imperium arrogat in omnes terras, quæ inter Chinenſe, Perſicum, Tartaricum & mare Eoum interjacet. Sed nunquam omnes ſubjugare potuit, etſi plu-

lurimos Vaſallos regio nomine ha-
eat.

5. Rex Siamis in India, qui etiam
æſar dicitur interdum à Belgis pro-
terea quod vaſallos regio nomine gau-
entes habeat. Ipſe tamen Cæſaris Chi-
enſis vaſallus aliquando fuit.

6. Peguanus Rex, & alii multi in
ractu Malabarico & Coromandelio,
nter quos Cæſar Calecutanus præci-
uus eſt.

7. In montoſis regionibus inter Per-
iam & Indiam tres vel quatuor adhuc
int reges, magno Mogori non paren-
es, de quibus nihil certi ſcriptum repe-
ire potui, quia nullus Europæorum
ſtas terras adiit. Hi ſunt Reges Aſiæ
Continentis, quibus Inſularum regna
djicienda ſunt. Namque licet Europæ
djacentes inſulæ omnes imperio Do-
ninorum in Continenti Europa pa-
eant, neque ulla hodie proprium Do-
ninum colat (olim verò ſingulæ ſingu-
os ferè imo plures habebant reges) ta-
nen in Inſulis Aſiæ Reges præſunt,
uorum quidam reguli potius dicendi
c aliorum vaſalli atque tributarii ſunt.
unt autem abſoluti Reges hi.

1. Rex Achemi in inſula Sumatra.
Namque an plures in ea Reges ho-
ie ſint non conſtat, quia altera ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

pars tenetur à feris & anthropophagis.

2. Cæſar Iaponiæ, multis vaſallis regio titulo gaudens.

3. Iava Reges numerat undecim, ex quibus tres, nempe Iaparæ, Tubani & Matarenſis potentiſſimi ſunt & Cæſaris titulo ferocientes.

4. Inſula Ceilon quondam multis regibus parebat, jam tota ad unum Regem cujus aula in Candys eſt, redacta. Fuit quondam vaſallus Chinæ, ſed jam nullum agnoſcit ſuperiorem.

5. Rex in Borneo.

Inſulæ Amboiæ, Bandæ, Molucæ Belgis parent. Aliæ quoque magno numero parvæ inſulæ ſubjectæ ſunt aliis Regibus.

Sic itaque in Aſia numeravimus Reges viginti quatuor.

AFRICAE REGNA.

ÆGyptum obtinet Turcarum Imperator, & provinciam Barcanam. Ejuſdem vaſalli & tributarii ſunt Reges in littore Maris Mediterranei, cujus regiones jam vocantur uno nomine Barbaria. Sunt autem regna hæc, Tunetanum, Tremiſenum, Feſſanum,

Maurocanum, Darenſe.

Abaſſinorum Imperium.

Monomotapæ regnum.

Reges

Reges in Melinde, Mozambique, Quiloa, Mombaza.

Congi Rex.

Guineæ Reges electitii multi, & Rex Melli, Tumbuti &c.

Rex in Benin potentiſſimus. Alii quoque multi Reges in regionibus quæ adjacent mari Atlantico, de quibus exactam cognitionem nondum habemus quemadmodum etiam de Internis Africæ regnis. In Leone tamen Africano multa, reperiuntur: ſed quidam de fide ejus dubitant. Idem liberam gentem commemorat ad Maroccenſe regnum.

Inſula adjacet Africæ, dicta Madagaſcar, quæ Regem fertur unum agnoſcere.

AMERICAE REGNA.

MAximam & optimam Americæ partem Hiſpaniæ Rex tenet, quædam tamen regiones ei non parent, nempe hæ.

1. Chilenſes. Etſi enim aliquam hujus regni partem Hiſpanus expugnaverit, expugnaverit, gens tamen bellicoſa jugum ferre recuſavit: imo jam ſine Rege hæc gens vivere dicitur.

2. Sylveſtres & feri homines in regno Chicæ, circa Magellanicum Fretum, Hi utrum ſine ullo ſocietatis fœ-

dere,

dere, an regia gubernatione vivant, ignotum eſt: namque nautæ littora tantum perluſtrârunt.

3. In parte Septentrionali Americæ plurimi populi ab Hiſpanis nondum ſubjugati vel qui jugum excuſſerunt, reperiuntur; ſuis tamen regibus obedientes, nempe in Canada, Nova Francia, Virginia. Atque in regnis nondum exploratis, Quivira & Anian.

Ita paucis Europæ, Aſiæ, Africæ, atque Americæ diverſas gubernationes enarravimus, in quibus Cæſaris titulum gerunt octo circiter, nempe Cæſar Romanus, Turcarum, Chinæ, Moſcorum, Iaponiorum, Calecutanus, Ceilanus, & unus vel alter in Iava.

Quod ad Magellanicam terram attinet, quæ nam in illa ſint Reſpublicæ, adhuc incognitum eſt. Inſularum, quæ illi adjacent & jam ab Europæis inſpectæ, incolæ Reges ſuos agnoſcunt.

Hæc de Rebuspublicis in Genere præmittere conſultum duxi: jam ad Iaponici Regni deſcriptionem accedendum erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Autores & Scriptores, ex quibus hæc deſumta ſunt.

1. *MAffei Hiſtoria rerum Indirarum.*

2. *Selectæ Epiſtolæ ex India miſſæ, ab eodem Maffeo editæ.*

3. *Epiſtolæ Xaverii à Turſellino editæ.*

4. *Vita Xaverii ab eodem Turſellino deſcriptæ.*

5. *M. Paulus Venetus.*

6. *Deſcriptio Belgica Regni Iaponicæ per François Caron, Hollandum. Hic puer adhuc delatus in Iaponiam, cum eſſet cateriophylax navi* (kocksjung) *& ſæpius præter culpam à navarcho verberibus mulctaretur, abdidit ſe ubi jam cum navi erat abeundum. Deinde informatus Procuratorum Belgicorum inibi degentium beneficio in legendo, & ſcribendo, ſupputando, hæc feliciter apprehendit, & inſuper Iaponicam linguam perdidicit ita ut promtè illâ uteretur, quod ante eum nullus Belga potuerat. Hanc ob cauſam ad majora mercimonii munera paulatim adhibitus tandem factus eſt Director mercaturæ in Iaponia nomine Belgarum, & membrum Senatus Indici, qui nomine Belgarum Fœderatorum in India inſtitutus eſt, & dicitur* De Raet van Indien.

7. *Nota*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

7. *Notæ Hageneri Belgicæ in Ca-*
nium, qui etiam in Iaponia diu vixit.

8. *Deſcriptio Perſecutionis per Re-*
rum Gubert, Belgica, qui illo temp-
inibi commoratus eſt.

9. *Deſcriptio navigationis Olive-*
circa totam tellurem Belgica.

10. *Deſcriptio navigationis Duce ſi-*
Ammiralio Matelief, Belgica.

11. *Itinerarium Linſchotenii.*

Xaverius in epiſt. p. 149. commen-
rat Deſcriptionem Iaponiæ & morum
lius gentis a Paulo Iaponenſi ſummæ re-
gionis ac fidei viro factam. Sed ill-
quantum cognoſcere potui, edita non e-
Idem Xaverius p. 126 refert, ſe miſi-
Societate Romana commentarios dilige-
tes ſcriptos de terræ Deſcriptione, gent-
que moribus à quodam mercatore Lu-
tano. Sed nec illi editi, ſunt; puto a-
tem Romæ eos adhuc aſſervari, & de-
teſcere in aliqua bibliotheca Ieſuitaru-
Grammatica quoque linguæ Iaponiæ
Ieſuitis edita eſt, in qua multa de reg-
ſtatu contineri à Clariſſimo Viro Domi-
Golio accepi: Sed eam videre non licui-
Lexicon quidem Iaponicum Luſitano
latino idiomati reſpondens ab eodem m-
hi monſtratum eſt, verùm in hoc nul-
hiſtoriæ neque quicquam degentis mor-
bus erat.

T

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

TITVLI CAPITVM.

LIBRI I.

CAp. I. De Situ Iaponiæ &c. p. 1.
II. De Iaponiæ proprietatibus &c. 9
II. De Origine incolarum Iaponiæ 17
V. De Dairo, hæreditario Domino 20
. Hiſtoria de cæde Cubi. 29
I. De ſtirpe hodiernorum Cæſarum 41
II. De Regiminis forma 47
III. De Cæſaris aula & arce Iedo. 53
X. De Magnificentia Cæſaris. 59
. De gradibus dignitatis 66
I. De annuo reditu Procerum &c. 70
II. De Conjugio & ſexus fœminei condit. 82
III. De Scortatione & Adulterio 91
IV. De fidelitate & pudore fœminarum. 95
V. De Educatione liberorum & hæreditate. 100
VI. Quæ in Cæſaris Chiongon conjugio acciderint. 107
VII. De Dairi uxoribus & nati hæredis nutrice 110
VIII. De Rigore juris & pœnis. 113
IX. De Re militari. 123
X. De Virtutibus & Vitiis Moralibus. 130

XXI. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

XXI. *De honeſtis & turpibus opinio* 1

XXII. *De Vrbibus, ædificiis & ſupp lectile* 1

XXIII. *De Cibo & Potu Iaponenſ.* 1

XXIV. *De Veſtitu.* 1

XXV. *De Eruditione, Artibus liber & illiberal.* 1

XXVI. *De Mercatura* 1

XXVII. *De Moneta.* 1

XXVIII. *De Funeribus.* 1

FINIS.

D

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

DESCRIPTIO REGNI IAPONIÆ

CAPVT I.

De Situ Iaponiæ, Magnitudine, Diviſione, & primo Europæorum de ea notitia.

REGNVM Japoniæ jam communiter dicitur Japan, incolis verò, vernaculo idiomate, Hippon. Ab Hiſpanis Argentana quondam dicta eſt: olim etiam Chryſe & Zipangry dictam eſſe, Paulus Venetus refert. Vltima eſt regionum à nobis verſus Ortum remotarum & cognitarum, Soliſque matutinos radios omnium prima aſpectat. Etenim ab Oriente obverſa eſt Californiæ & Novæ Granadæ intervallo mille circiter milliarium.

Ab occidente Sinas aſpicit interjectâ Inſulâ Corea, eſtque varia pro littorum flexu excurſuve diſtantia. Ab urbe enim Liampo*, qui Sinarum regnis in ortum eſt limes, ad Japonis Inſulam Go-

* *Maffeus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

eum, quæ prima inde navigantibus oc
currit, leucas numerant ſexaginta, (ſiv
milliaria quinquaginta & unum) ab
Amacano autem, occiduo Sinarum em
porio, ubi Luſitani ferme negotiantur
ad eandem Gotum, leucarum ducenta
rum nonaginta ſeptem trajectus eſt, ſi
ve milliarium ducentarum quinquagin
ta quatuor. Linſchotius Japoniam mi
nimo intervallo à China diſtare ait o
ctoginta milliaribus: à Macao autem
trecentis milliaribus. A Septentrion
habet partem Septentrionalis Americæ
incognitam, regna nempe Aniam &
Quivira: A meridie Novam Guinean
Terræ Auſtralis partem, cujus majo
rem notitiam brevi, ut ſpero, nobi
Belgarum navigationes dabunt. Ex il
la caſu nautas olim quoſdam in Japo
nem delatos fama eſt, neque inde ſol
viſſe, ait Maffeus.

Ab Inſulis Canariis ſive Fortunatis
ea nempe quam Teneriffa vocant, gra
dibus centum quinquaginta ſeptem re
motus eſt Meridianus Japoniæ citi
mus, cumque per mediam Europam tri
geſimus à Canariis tranſeat Meridia
nus, colligimus inde, quod ſeptem
octo, vel novem horis pro ratione di
verſ

* *Macsou, Macao.*

verſorum locorum prius meridiem agant Japonenſes, quàm Europæi.

Diſtantia ab Æquatore, ſive latitudo Japoniæ media, ſive elevatio poli eſt triginta quinque graduum, cum inter trigeſimum primum (alii trigeſimum ponunt) latitudinis gradum & inter trigeſimum octavum vel nonum jaceat. Itaque dies longiſſimus eſt quatuordecim horarum cum quadrante, quo quidem die Sol meridiem agens, octo, novem, decem &c. gradibus diſtat, à vertice eorum. breviſſimus decem, demta quadrante: eritque in quarto Climate quod denominatur ab Inſula Rhodo, in quo Climate etiam Cyprus, Creta, Sicilia, Peloponneſus, Luſitania, Andaluſia, Granada, item magna Syriæ, Arabiæ, Perſiæ, Chinæ portio reperiuntur, & propterea eadem cum his regionibus habebit phænomena cæleſtia.

Quod ad Diviſionem Japoniæ attinet, ſciendum eſt, illam non eſſe unam aliquam Inſulam, ſed ex multis conſtare inſulis, quæ interfluente mari disjunctæ ſunt, quædam majori, quædam minori intervallo.

Diviſæ ſunt omnes in tres claſſes ſeu membra. 1. Chickock, Xicocum vocat Maffeus, cui tres præſunt Reges & unus ſatrapa. 2. Sayckock, Maffeus Ximum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

appellat & novem ſatrapiis regniſve cenſeri ſcribit 3. Japonia, ſtrictiore vocis uſu, quæ maxima eſt ex his tribus, habetque in ſe Regni metropolim, Meacum à qua Maffeus ſcribit hanc Inſulam denominari, & continere quinquaginta tres ſatrapias ſeu regna quorum præcipua ſunt Meacenſe & Amangucianum: Etenim Meacenſi parent viginti quatuor Dynaſtæ ſeu Reguli: Amanguciano duodecim vel tredecim. Caronius in quinque eam provincias eſſe diviſam notat, ita ut totum regnum Japoniæ ſeptem provinciis conſtet, quæ ſint, Sayckock, Chickock, Iamayſoit, Ietſengo, Ietſegen, Quanto, Ochio, quæ deinde in alia regna & ſatrapias ſubdividuntur.

Neque putes trium harum Inſularum unamquamque eſſe continuam terram. Ipſæ enim ex aliis conſtant Inſulis, ſed parvo Euripo ſeparatis. Vnde in Epiſtolis Indicis Maffei, ubi deſcribuntur itinera in Japonia, multarum inſularum fit mentio, ut Inſulæ Hiu, p. 168 (edit. in octav.) Tacaxumæ p. 71. Iquicuchi ib. Firando p. 51. Cangæ, p. 215 & aliarum, quarum deſcriptio aliqua ibi videri poteſt. Sanè Japoniæ partes ſive regiones optimè conceperis, ſi Zelandiam Belgicæ provinciam animo cogi-
tes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

tes, quam ex 7 conſtare Inſulis notum eſt; Belgę dicunt, *het is een gebroken land.* Cæterùm provinciæ Ochio, intercedente Iſthmo alia adjacet terra, dicta Jeſſo vel Seſſo, quæ licet non ſit ſub Imperio Cæſaris Japonici, tamen ad Japoniam referri poteſt, quandoquidem continens ejus eſt, & non videtur aliquod peculiare Regnum conſtituere. Imo ſi illam excludamus, non erit Japonia Inſula, ſed peninſula. Quanquam & de hac regione Ieſſo exploratum non eſt, utrum mare totum ejus ambitum excepto Iſthmo cingat, an verò ea ſe ad aliam continentem extendat, vel ſaltem quouſque vel in quam longitudinem protendatur. Caronius ita de hoc negotio loquitur: Iaponia hactenus, quantum mihi conſtat, Inſula eſſe cenſetur: ſed hac de re certi aliquid ſtatuere non poſſumus, cùm maxima ejus pars ipſis Japonenſibus incognita ſit. Sæpe de hoc inquirens edoctus ſum quod ultra provinciam dictam Quanto, (ubi Cæſarea Majeſtas præcipua dominia habet, & in qua Cæſarea urbs & arx, Iedo dicta, ſita eſt) iter viginti ſeptem dierum reſtet verſus plagam Cæciæ vel ortus æſtivi, antequam perveniatur ad extremum angulum regionis dictæ T'ſunga, mari conterminum. Hinc trajectâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

aquâ, cujus latitudo undecim eſt circiter milliarium, exponuntur in terram Ieſſo vel Seſſo, ubi pretioſæ pelles inveniuntur. Hæc regio Seſſo inculta quidem eſt, montibus petriſque aſpera, & paucis habitata locis: ſed adeo vaſta & longè ſe extendens, ut Japonenſes, etſi ſæpius eam perluſtrârint & ad interiora penetrârint, nunquam tamen ejus finem attingere, nec de hoc aliquid certi reſciſcere potuerint. Etenim plerumque accidit, ut cibus illos defecerit, & ideo rebus non exploratis greſſus ſuos relegere coacti ſint. Relationes quoque exploratorum ejuſmodi fuére, ut Cæſareæ Majeſtati cupiditatem cognoſcendi vel ulterius inquirendi imminuerint. Nam, ut dixi, regio maximâ ex parte deſerta eſt, & in quibuſdam locis habitant populi, quorum totum corpus hirſutum eſt, prolixum capillum barbamque alunt, ut Chinenſium jumenta, magis feris quàm hominibus ſimiles. Ad oſtendendam itaque incertitudinem, inſuláne ſit Japonia annon, notandum eſt, quod aqua illa, quæ à regione Tſurgaar tam verſus Japoniam, quàm terram Seſſo labitur, ſiſtatur ad altiſſimos montes & inhabitatam regionem quæ provinciæ Ochiam adjacet, & ne per longinquas imò inuſita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

cas vias cum diſpendio iter facere opus eſſet, trajectus ille à Tſungaar ad Seſſo hodiernum uſque in diem uſurpatur.

De populis hiſce in terra Ieſſo ſunt quoque ſine dubio intelligenda ea, quæ Ludovicus Frojus Jeſuita, cum in Japonia ageret, in quadam epiſtola, quæ eſt in libro IV Epiſt. Maffei, ſcripſit his verbis: Japoniæ terræ in Septentrionem adjacet ampliſſima ſylveſtrium hominum regio, leucas ab urbe Meaco trecentas (milliaria ducenta quinquaginta quatuor.) Beſtiarum pellibus induuntur, toto hirti corpore, ingenti barba, myſtacibus maximis, quas paxillo ſubrigunt potaturi. Vini gens avida inprimis, ad bella ferox, formidoloſa Japoniis. In prælio ſauciati, ſalitis aquis abluunt vulnera: id unum genti remedium eſt. ſpeculum geſtare dicuntur in pectore: ad caput gladios alligant ſic, ut in humeros manubrium deſinat. Sacra habent nulla, cœlum duntaxat venerari ſoliti ſunt. Aquita perampla eſt urbs in regno Japonis Geuano: illuc frequentes commeant mercimonii cauſa, itemque viciſſim ad eos Aquitani, ſed rarius, quod illuc delati, ferè perimantur ab incolis. Mappæ autem Geographicæ & Globi poſt Aquitam nihil præter Oceanum exhibent etſi jam o-

lim Itinerarium Lynſchotii de hac incertitudine monuerit.

Ex hiſce jam facilius erit ferre judicium de illis quæ de magnitudine Japoniæ ſcripta ſunt. Cluverius in ſua Geographia, ſcribit eam in longitudine eſſe milliarium c l, latitudine (ubi maxima) lxx. Maffeus autem longitudinem ei aſſignát, cc leucarum, (quæ faciunt 171 milliaria) latitudinem, ubi maxima, xxx (quæ faciunt 26 milliaria.) Hæc autem non parum diverſa ſunt. Et regionem quidem Ieſſò, de qua jam diximus, uterque excluſit, quippe ignotam quam nec Globi Geographici nec Mappæ monſtrant. Sed & hac ſepoſitâ, majorem tamen eſſe magnitudinem Japoniæ, quam vel à Cluverio vel Maffeo aſſignatur, ex eo manifeſtum eſt, quod ab urbe Meaco ad regionem Ieſſò numerentur ccliv milliaria, ut ſupra ex Frojo diximus. Eſt verò Meacum in medio circiter Japoniæ ſita. Et in epiſtola prima Indicarum, quæ ſcripta eſt à Japonio quodam Chriſtiano, fit mentio Academiæ Banduenſis quæ abſit à Meaco ſexcentis paſſuum millibus. Caronius quoque ſcribit mercatores Meacum commeare à ducentis & trecentis milliaribus. Ex quibus liquet, majorem eſſe Japoniam, quàm longi-

tudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

udo, & latitudo tam Cluverii, quam
Iaffei indicant. Turſellino potius aſ-
ntior, qui in vita Xaverii ait, Japo-
iam ſolam, unam nimirum ex tribus
ræcipuis regni Japonici partibus por-
gi, in longitudinem millia paſſuum
CCL: latitudinem maxima ex parte
ſe CLXX.

De prima ejus apud Europæos noti-
a ita loquitur Maffeus: Aditæ primùm
us, terræ titulum decuſve & alii qui-
em Luſitani ad ſe trahunt: ſed ego An-
nio Galuano crediderim, in eo libro,
uem de Inventoribus Orbis novi con-
ripſit, apertè narranti, Antonium
Iotam, Franciſcum Zeimotum, & An-
nium Pexotum, cùm ex urbe Sionis
odra peterent Sinas, pertinaci vento
d Inſulas Iaponiorum abreptos, anno
culi hujus (nempe decimi ſexti) qua-
rageſimo ſecundo, (ſive anno Chr.
ↄ Iↄ XLII.)

Luſitanis itaque nominatis à Maffeo
oncedenda eſt gloria primi ad Japo-
iam aditus: ſed, eos primam quoque
otitiam de Japonia, intuliſſe Europæ,
on poteſt admitti, cum Marcus Pau-
s Venetus diu ante illos quædam de
ponia ſcripſerit. Vixit hic enim ſecu-
duodecimo poſt Chr. Natum. Apia-
us tamen & Gemma Friſius in Geo-

graphicis ſuis nullam ejus faciunt mentionem, multò minus Ptolomeus, qui multis ſeculis Paulum Venetum anteceſſit. Chinenſibus ſemper notiſſima fuit. Eos enim ab ipſa Regni Japonici memoria navibus mercaturæ causâ illuc venire ſolitos ſcribit Caronius, & multa ſunt ejus indicia. Qui navigationes ex China ad Japonem cognoſcere cupit, legat Linſchotium in Itinerario c.31.32.33.34.

CAP. II.

De Terræ Iaponiæ proprietatibus, Aquis, Montibus, Herbis, Animalibus.

EX Climate quidem, in quo unaquæque regio ſita eſt, licet judicare de illius apparentiis cæleſtibus, ut priori capite innuimus: Sed de qualitatibus regionum, terræque fructibus non poteſt inde certi aliquid ſtatui, cum multæ regiones in eodem Climate ſitę ſint, quæ multis modis inter ſe differant. Tutius itaque eſt, de hoc experientiam conſulere, & eorum, qui in illis vixerunt, narrationes ſequi. In Epiſtolis ex Japonia in Europam miſſis hæc reperio. Pag.8 Vilela de Meacenſi provincia ita loquitur: Regio eſt inprimis frigida, parti

x copia nivium, partim ex arborum
æduarum inopia Sterilis autem adeò
it raphanis, rapis, malis inſanis & le-
uminibus vulgò veſcantur. Et pag. 89
cribit, Menſe Januario anni CIↃ IↃLIX,
nagnam cecidiſſe nivium copiam, fri-
ora fuiſſe maxima, quod etiam p. 56.
efert. Almeida pag. 105 ait: maxima e-
at nivium copia, quæ aciem oculorum
etunderet, viaque teterrima, occultis
aſſim occurrentibus foveis, è quibus
umenta ſeſe ægrè admodum expedi-
ent. Idem pag. 166. Præter vim frigo-
is acerbiſſimi & confragoſa atque invia
oca, diuturnus etiam imber calles ita
utulentos effecerat, ut ſæpenumero
rolapſi fuerimus: cum interea defati-
atis corporibus ad reficiendas vires in
liverſoriis naſturtiorum & Inhamis
herbæ folia præberentur. Et in eadem E-
iſtola (ſcripta anno 1565) ita: Hyemis
nitium erat aſperrimæ, juga montium
nive cooperta, quæ aſſiduè cadebat den-
a adeò, ut jam tum experiri liceret, in-
er ejus regionis & aliarum frigora
uantum intereſſet: & paulò poſt, pag.
169; Tanta, inquit, vis nivium cœlo de-
apſa eſt, quanta his annis quinquagin-
a nunquam. De frigore, nive, glacie,
pluvia in his Inſulis teſtatur etiam Lin-
ſchotius. De ſterilitate, Villela pag. 50 in
epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

epiſtola ex Firando inſula ſcripta hæ
Hic locus quartum jam quintumve a
num abundat annona, exſpectamus v
ciſſim vaccas Pharaonis ſtrigoſas, qu
utinam Deus arceat. Effodit enim p
ctus, infantium multitudo à parentib
tali tempore pereuntium : quibus
nunc in ipſa vilitate non parcunt, qu
in caritate putandum eſt? Magna eni
(mihi credite) fratres chariſſimi, ſter
litatis incommoda ac difficultates in h
regionibus ſunt, prorſus ut ipſi divit
herbis tolerent vitam. Idcirco nos Ioſ
phi prudentiam imitati, in annum in
ſequentem aliquid ſemper cuſtodiente
Chriſtianorum inopiæ ac neceſſita
conſulimus : tametſi inter Ioſephi hor
rea, noſtraque permultum intereſt
quippe apud nos non niſi naſturtioru
folia, lactucæque Sole toſtæ adſervan
tur. Res frumentaria in his locis eſt per
exigua. Nam triticum, ubi maturun
eſt, imbrium vi tempeſtatumque deper
ditur. Oryzam ferè demetunt, eamqu
non ita multam, ut univerſæ urbi ſuffi
ciat, nec eâ pauperes niſi ſiquando gra
tulationis cauſa veſcuntur; quos tamen
omnes Domini benignitas alit ac ſuſti
net.

Cæterum hæc, quæ ex Ieſuitarum
Chriſtianiſmum in Japoniam introdu

centium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

ntium epiſtolis attulimus, de quibuſ-
am tantum Inſulis & regionibus Ja-
oniæ accipienda ſunt: nec ignorare
ebemus, toto eo ſeculo bellum inteſti-
um inibi fuiſſe, quod agriculturam fe-
omnem ſuſtulit, inprimis circa Mea-
m metropolim regni, ut ſeq. cap. di-
tur. Itaque Turſellinus aptè dixit, na-
râ fertilem eſſe Japoniam, niſi cul-
i agrorum aſſidua pene bella obſta-
nt. Etenim mediocrem eſſe telluris ibi
rtilitatem & Belgæ teſtantur, & ex
ultitudine hominum & brutorum
lligitur. Omnia enim quæ ad ſuſten-
tionem vitæ requiruntur, habet Ja-
nia in ſe ipſa, inquit Caronius, & nul-
n eſſe in India regionem, quæ cœli
lubri temperie, fertilitate & argenti
piâ eam ſuperet, Hagenerus refert. Ex
ponia quoque olim farinam, & fru-
entum ad Philippinas vectum, legi-
us in Deſcript. Itin. Oliver. & à multis,
i in India fuêre, cognovi, quod Ory-
ex Japonia evehatur navibus magnâ
piâ in alias Orientis Inſulas ipſam-
e Iavam, & haberi pro omnium opti-
a, cum ſit candida; reliqua genera vel
bra vel nigra vel fuſca. Multos habet
ontes, in quibus gramen ad egregiam
itudinem creſcit, & variæ herbæ, ſpe-
s quædam roſæ odoratæ ſylveſtris,
flava

flava lilia, aliæque florem bulboſu
proferentes, quorum magni ſunt c
tores Magnates Japoniæ. Duo præ
puâ nobilitate montes viſuntur, qu
rum alter, incertæ appellationis, a
duè flammas evomit, inque ejus ca
mine, certis hominibus poſtquam v
cauſa diu ſe merceraverint, ſplend
circumfuſus nube ſeſe Cacodæmon
ſtendit: (verba ſunt Maffei) alter Fi
nojama nomine, leucarum aliquot a
ſcenſu trans nubes attollitur.

Frenojamam quoque montem co
memorant epiſtolæ permagnum eſ
ad cujus radices jacere lacum plen
piſcibus, qui paſſuum nonaginta mi
in longitudinem, unum & viginti in
titudinem habeat, & quem multi c
fluentes amnes efficiant. Pag. 86. ep
dicitur diſtare à Meaco, paſſuum mi
bus decem & octo: ſed pag. 244, nov
tantum millia paſſuum ponuntur.
eum montem olim fuiſſe cœnobia
mille & trecenta, ſuo autem temp
(nempe anno 1562) tantum quinge
eſſe ſcribit Villela.

Arbores vel ad amœnitatem
ad fructum ferunt haut abſimiles
ſtris: cedros verò tellus profert n
gna copia, procera & inſigni a
altitudine, ut malos ex eis facia

Vn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Vnius tamen, inquit Maffeus, quæ palmam imitatur, ignoto nomine, admirabile planè ingenium. Siquidem (uti perhibent) humorem quemlibet reformidat: Si forte maduerit, contrahit illico ſeſe, ac veluti peſtifero contactu marceſcit: remedio eſt, avulſam radicibus in ſole ſiccare, & in vacuum ſcrobem ſcoriam ferri contuſam vel ſitientem arenam infundere. ibi, poſtquam aruerit, rurſus depacta revireſcit, ac priſtinum nitorem, decoremque recipit: rami quoque decidui ſeu defracti, ſi clavo ad truncum affigantur, veluti inſiti coaleſcunt.

Herbæ Inamis ſæpe fit mentio in epiſtolis, ſed qualis ea ſit, nullibi fit deſcriptio.

Animalium quoque omnes ſpecies ibi reperiuntur, quæ in Europa ſunt, ut boves, cervi, porci, apri, urſi, lupi, cuniculi, canes, feles, inprimis verò equorum incredibilis copia. Avium ſimiliter variæ ſpecies, Cygni, anſeres amnici, anateſque, ardeæ, grues, accipitres, phaſiani, columbæ, ficedulæ, coturnices ſylveſtres gallinæ & minoris magnitudinis ſpecies, quarum Magnates & divites domi in amplis caveis magnum ſervant numerum. Falcones quoque doctos aliis avibus capiendis habent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Bombyces quoque alunt, ex quibus ſe
cum colligere nôrunt. Nullum verò
tile animal mactant Japonii, adeoq
domi non alunt oves, porcum, gal
nam, anſeres & ſimilia, ſi caro guſta
da ſit, ferinâ veſcuntur. Piſcibus qu
que tam fluviatilibus quàm marinis a
undant, ſed de his plura capite de Ci
& Potu dicentur.

Præcipua autem dona, quæ Japon
largitur, ſunt metalla, aurum, arge
tum, æs, ferrum, ſtannum, plumbu
omnia in magna abundantia, propt
quæ diverſi peregrini populi Japonia
adierunt. Argenti quidem magnam c
piam ſuppeditat exteris, auri non
multum: etſi Paulus Venetus ſcriba
ſuo tempore aurum in Japonia fui
multum, adeo ut palatium & arx Da
habuerit aureum tectum. Sed & hodi
norum Cæſarum arcem Iedo, & vicir
Procerum multas ædes aureis lamir
inſtratas eſſe Caronius ſcribit. Aquaru
dulcium & fluviorum nullâ premunt
penuriâ: thermis quoque diverſis ga
det regio (quarum beneficio & u
multis ægris ſanitas reſtituitur;) nim
rum cupreis, ſulphureis, nitroſis, f
reis, ſtanneis, ſalſis.

Inter alias vidi, inquit Caronius,
quam ſtanni qualitatibus ſeu virtutib
in

impprægnatam, quæ erumpit ex ſpelunca ſita ex adverſo excelſi montis. Os ſpeluncæ erat circiter decem pedum in ambitu: intus propter profunditatem tenebricoſa, ſed partibus orificio propioribus, quantum inſpicere licebat, tam ſuperiori, quàm inferiori latere, acutis lapidibus quaſi brevibus craſſiſque Elephantis dentibus obſita, mira aſpectu, nec abſimilis piſcis, qui *galeus* dicitur, hianti palato, vel picturæ, quâ Inferni introitum ſolent repræſentare. Ex hac cavitate aqua illa ſtanneæ naturæ magnâ copiâ, noctes atque dies ſine intermiſſione profluit, nec majorem obtinet calorem, quàm ægri in ea ſedentes admittere poſſunt. Alium verò vidi fontem, priori ſimilem, ad radicem montis in planitie non procul à mari ſitum, qui certo tantum diei tempore aquam dabat, nempe binis quotidie vicibus plerunque, nec diutius, quàm unius horæ ſpatio.

Subſolano tamen vehementer ſpirante, tribus & interdum quatuor vicibus uno die aqua erumpit.

Lapidoſus eſt puteus, ex quo hæc calida erumpit aqua, & magnis ſaxis tectus: ſed appropinquante fluxus horâ, tanto cum vento ſpirituque & tantâ copiâ eructatur aqua ex puteo, ut ſaxa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

illa commoveat, tremore quodam, ſ
mulque ingentem clangorem excit
ſimilem ei, qui ex magni tormenti ex
ploſione exiſtit, aſcenditque aqua ad a
titudinem aëris trium quatuorve orgy
jarum. Eſt hæc aqua adeo fervida, ut a
qua communis nullo, ut ut forti, ign
ad eum fervoris gradum poſſit perduc
triplo quoque diutius ſervat calorem
quàm alia calefacta aqua: & combur
omnia, quæ lanea vel linea ſunt, ſi i
illa incidat. Puteus hic cinctus eſt lapi
deo opere, ne cui propius accedenti e
illa damnum naſcatur: ad pedem ver
montis aliquot ei inſeruntur canale
qui in progreſſu minores in fiſtulas ab
eunt, & aquam illam ad ædes hom
num deferunt, cum à multis ad morbo
rum curationem adhibeatur.

Similis huic aqua fervida annotatu
in Hiſtoria Martyrum Iaponiæ, quan
ultimo capite dabimus; Hanc autor a
appellari Singak, noſtro ſermone, In
fernum & magno cum murmure ſon
tuque ex radice montis alicujus ema
nare.

CA

CAP. III.

De Origine incolarum Iaponiæ.

EX quibus regionibus vel Terra Continenti in Inſulas Iaponiæ populi migrârint, (omnium enim Inſularum incolæ à Continenti aliqua egreſſi ſunt) de eo nihil annotatum invenio, exceptis paucis, quæ Hagenerus in Notis ad Caronium habet & quæ Linſchotius in ſuo Itinerario. Accepi, inquit Hagenerus, à fide dignis hominibus, quod Iaponenſes hi ex China, terra Continenti fuerint ejecti in exilium, & in has Inſulas miſſi, incolis eas impleverint. Cum enim multi Magnates Chinæ contra Cæſarem conſpirâſſent, detecta conſpiratione quidam capiebantur & capite mulctabantur Comperto autem, quod permulti ejus criminis participes eſſent (Linſchotius non ob eorum multitudinem, ſed quod alii Chinenſes Proceres, qui damnatis ſanguine juncti erant apud Cæſarem interceſſerint, mutatam mortis ſententiam perhibet) expulerunt eos in proximas Inſulas: quidam aufugerunt, & in fertiles hoſce mundos (Iaponis, quæ tunc nullos alebat incolas) conſederunt. Vt autem originem ſuam, quam à Chinenſibus duce-

bant, occultarent, cum ignominiæ ſi
poſteriſque fore cenſerent, quod ob cr
mina ex China ejecti eſſent, inſtitueru
mutationem omnium ferè Chinenſiu
morum & rituum, aſſumentes aliud v
ſtium genus, alias cæremonias, aliu
ſermonem & Scripturam. Chinen
longis ſunt crinibus, quos nunqua
tondent, ſed accuratè comtos & in ve
ticem coactos illaqueant, & oblongu
ex argento aliave materiâ clavum
laqueum inſerunt: Iaponenſes novacu
radunt ſyncipur, & paulùm ultra a
rium regionem, relictos in occipit
capillos colligant in cervice alba tæn
(quam ex chartâ contorta faciunt) i
ut ad longitudinem articuli unius
pollice extent, atque ita partem reſeca
Chinenſes, cum ſeſe invicem ſalutar
erecto ſtant corpore, manuſque alt
rius alter tangit: Iaponenſes corpo
valdè inclinato & ferè natibus terræ i
ſidentes ſalutationem peragunt. Ch
nenſes barbam alunt; Iaponenſes me
tum penitus depilant. Hæc Hageneru
Linſchotius plura addit dicens: Eam
cauſam inter Iaponios & Chinenſes c
pitalia foventur & vigent odia, af
ciuntque ſe invicem injuriis, quib
poſſunt maximis uſque in hunc diem.
Sæpiſſime Iaponii trajecerunt in Ch
na

nam infeſto animo & maritima longe latéque deprædati ſunt, ferroque & igne devaſtârunt. Et quò magis hoc odium ad poſteritatem propagaretur, ritus & cæremonias omnino contrarias Chinenſibus uſurpârunt, quas omnes enumerare nimis longum foret, paucas tantùm afferam. Chinenſes ſibi invicem obviam facti ſalutandi officium capite & manibus præſtant: ſed Iaponii calceos à pedibus excutiunt. Chinenſes aſſurgunt illis, quibus honorem exhiberi volunt: Iaponii in terram reſident, dedecori grandi ducentes, ſi quis erecto corpore conſiſtat in hoc officii genere. Sicut aliæ gentes pallium injiciunt humeris, prodituri; ita Iaponii illud domi geſtant, deponunt, ubi prodeundum eſt. Aliis gentibus dentes & capilli albicantes probantur: Iaponii eos valde aversantur & nigerrimos habere ſtudent; & nigrum colorem lætitiæ ſignum ducunt, album triſtitiæ. Fæminas prodeuntes præcedunt ancillæ & filiæ, ſequuntur ſervi. Eædem fœminæ cum prægnantes ſunt, faſciis arctè cingunt & ſtringunt ventrem ita ut diſrumpi videantur, ſed ubi non habent in utero, libero ventre incedunt, ajuntque experientiâ ſe edoctos, quod haud feliciter pariant, niſi ita egerint. Poſt enixum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

fœtum matri paucus præbetur cibus infans frigidâ abluitur. Hæc ex Linſchotio. In Hageneri verbis quædam ſunt, quæ cum Maſſeo non conſentiunt. Etenim hic de ſalutationis ritu Chinenſium ita refert: Salutandi ritus inter plebejos ejuſmodi: Lævam in pugnum compreſſam obtegunt dextra, ambas deinde pectori ſæpius admovent, & ſimul accommodato ad geſtum ſermone demonſtrant, amicum ſibi conditum hærere in medullis. At primores brachiis arcuatim extenſis, ac digitis utriuſque manus implexis, idem idem ſeſe ad terram ſubmittunt: certantque verborum officiis inter ſe, uter poſterior alterius honoris cauſa quieſcat.

Præterea, idem Maſſeus tam Chinenſibus, quàm Iaponenſibus attribuit modicam barbam, & in Epiſt. Ind. pag. 257. haud obſcurè idem ponitur de Iaponenſibus. Sed hic magis credo Hagenero, qui diu inibi commoratus eſt.

Verum nihilominus eſt, quod in permultis aliis rebus duæ hæ nationes ſequantur diverſas conſuetudines. Nec ideo tamen dubitandum exiſtimo, ex China tam in Coream quàm in Iaponiæ inſulas Coloniam veniſſe, cum nullá reperiatur continens, quæ illis vicinior

ſit

ſit: ſed an ob eam cauſam, quam Hagenerus affert, id contigerit, non auſim affirmare.

Nec illud, quod Xaverius refert pro certo receperim: Iaponiam ſexcenteſimo abhinc anno (fuit autem Xaverius ibi prioris ſeculi medio) incoli cœptam. Confirmat autem hoc ea, quæ ex Hagenero attulimus. Vid. vitam Xaverii p. 352.

CAP. IV.

De Supremo Iaponiæ Imperatore, & de Dayris.

QVi ſummo cum Imperio præeſt Iaponiæ, eum jam communiter Europæi vocant Cæſarem Iaponiæ, propterea quod inter Regni proceres quidam Regis titulo gaudeant. Abſolutam habet agendi poteſtatem, totius regni Dominus eſt, & magnos Reges vel Magnates ob parva delicta ditionibus, privare, in exilium mittere, in inſulam deportare, morte punire, bona illorum & ditiones aliis, qui magis id ipſius arbitrio merentur, largiri poteſt, quemadmodum Caronio iſtic locorum agente aliquoties factum.

Ab initio regni, ut Iaponenſium Chronica deſcribunt, uſque ad CIↃ IↃ

Epoch. Chr. annum circiter, (in tem
pore hoc diſſentiunt valde autores: e
go Xaverium ſecutus ſum. Vid. ep. p
236) regnavit hæreditarius continu
ſtirpis ſerie Dominus, quem Dayro no
minant Maffeus & epiſtolæ Indicæ. Hi
ab incolis non tantum ut abſolutus Im
perator, ſed etiam tanquam ſemideu
colebatur, & ideo nunquam bello à ſub
ditis impetebatur nec rebellionem pa
tiebatur: quandoquidem unuſquiſqu
ita perſuaſus erat, quod huic Dayro ſ
opponere, propter ſanctitatem ejus qu
cenſebatur, grande eſſet in ipſos Deo
peccatum.

Nunquam attingebant (quemadmo
dum & hodie id obſervat) pedes ipſiu
terram: radiis Solis caput nunquam il
luſtrabatur: in apertum aërem non pro-
cedebat. Præterea in illius corpori
membris nihil reſecatur tam à barba &
capillis, quàm unguibus. Cibi omne
menſæ illius apponendæ in novis ollis
præparantur.

Supremus autem quidam militiæ
Præfectus quem Cubum appellabant,
conſtituebatur ab illo, cujus officium
erat, ſi quando Reges & Magnates pro-
pter certas controverſias & lites vel ex
libidine, unus alteri bellum inferret, ſe-
dare tales tumultus, & in autores ejus

pro

ro ratione delicti animadvertere. Mu-
us hoc ſupremi militiæ Præfecti ſeu
ubi maximæ tunc erat inter omnia
fficia autoritatis, & plerunque filio ſe-
undo Dayri concedebatur, cum pri-
nogenitus ſolus eſſet regni hæres. Quod
tertius haberet filium, quem ad ali-
quem dignitatis gradum ex amore il-
lius, vel matris commotus precibus eve-
here cuperet, huic quoque eundem
Præfecturæ honorem impertiebatur,
hac conditione, ut alternatim fratres
officio hoc fungerentur, idque per tres
annos. Ex hac verò conſuetudine,
(quandoquidem amor & regnum riva-
les non patiuntur) tandem evenit, ut
fratrum unus in munere hoc conſtitu-
tus, tempore adminiſtrationis ſuæ quoſ-
dam regni Proceres ſibi arctius devinci-
ret, ſtatumque ſuum ita ſtabiliret, ut nec
fidelibus Parentis admonitionibus nec
vi leviori ab illo munere depelli poſſet.
Quoniam autem hic illius conatus
multa mala ſecum trahebat, à quibus
regnum perturbari poſſet, quod antea
nunquam factum; Dayrus demum con-
ſtituit, hunc inobedientem & pertina-
cem filium per alterum belli præfectum
ope Regum & Principum majori vi ag-
gredi, captumque interficere. Conſilio
eventus reſpondit, & ut conſtitutum e-

 rat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

rat, ita peracta res eſt, fuitque hoc b
lum quod primum contra Dayri Ma
ſtatem gerebatur, cum filii morte fi
tum.

Sed aliud mox inſecutum eſt. Eten
alter Cubus ſeu ſupremus belli Præ
ctus, poſtquam necato fratre in mur
re hoc ſolus conſtitutus & confirmat
eſſet, ad ſuum tantùm commodum
mnia dirigere cœpit, & majora auſi
quàm frater, cum gladium in man
traditum teneret, poſt mortem Day
patris ſui, ſupremam regni poteſtate
& Majeſtatem ſibi vindicavit, ſeq
ipſum abſolutum totius Iaponiæ Dom
num, & Imperatorem declaravit, r
linquens nihilominus aulam Dayr
(qui defuncti primogenitus & ſolus r
gni hæres erat) in priori & antiqua fo
ma, ſtatu, dignitate, cum neceſſariis a
illa reditibus. Quo tamen Dayrus hau
contentus fuit, ſed contra hunc inju
ſtum regni raptorem, fratrem lic
ſuum vindictam meditatus, alium crea
vit Cubum, qui priorem debellavit &
necari curavit. Verumenimverò hun
quoque Præfectum inſana regni cup
ditas invaſit, nec priorum exempla de
terrere potuerunt, quo minus, ut illi fe
cerant, ſummum Imperium obtiner
niteretur, etſi Dayri aulam & perſonan

no

n violaret. Hinc tertium excitatum bellum, prioribus multò funeſtius & turnius, in quo cum ſinguli ferè Res & Principes libertatem ſibi arripent, quidam verò in alios poteſtatem, eſtino bello omnes regiones infectæ nt & miſeris modis vaſtatæ. Nullæ citates, nulli pagi, utut exigui, fuere, i non armis inter ſe decertarent, fornâ modò uni modò alteri parti faven. In hac rerum omnium confuſione, imoſus quidam heros, qui antehac ſimæ ſortis miles fuerat, prodiit, aycko dictus & ingenti audacia maa auſus, cum quinquaginta tantùm ilites initio haberet, ſumma expedionum celeritate & impetu, fortunæe adjutus benignitate, brevi effecit, ut ulti ad ipſum confluerent. Horum dede auxilio omnia regni caſtella urbeſue occupavit & ſpatio trium annorum tum regnum ſub imperium ſuum reegit, ſinens Dayrum cum tota ejus failia in conſueta dignitate, excepto reimine & regni adminiſtratione, quam bi ſervabat. Diuturni hi tumultus omes Dayri vires fregerant, nec quiſquam x Dynaſtis ejus partes amplius ſequeatur. Videns itaque ſe impotentem onnino redditum ad arcendam Tayckoem à ſummo Imperio, ſolennibus cum

cære-

cæremoniis & decenti magnificent lum ſummum Imperatorem creav declaravit.

Hac ratione immutata eſt Imperi poniæ forma, & vera regni majeſt quæ in liberâ imperandi & admi ſtrandi poteſtate conſiſtit, ad no Cæſares devoluta eſt, apud Dayros v juſtos regni hæredes manſit ſimulat ve ficta & inanis majeſtas cum v ſplendore & titulis. Sacrorum ſur hodie ſunt antiſtites & in tanta a matione, quanta Pontifex Roma Cæſares quoque obligati ſunt, ſing trienniis (quod tamen quinquennio ſexennio tantùm fit) ad urbem Mea ubi Dayri aula & olim fuit & hodie huc eſt, proficiſci, atque illi preti donariis & cæremoniis reverentiam obſervantiam ſuam teſtari.

Offertur tunc Cæſari vinum in pa ra agentea, quam vino exhauſto co fringit, & fragmenta ſibi retinet, qui tus in Iaponia pro ſubmiſſionis & vitutis ſigno habetur.

Etenim etſi adminiſtrationem Reg Dayrus concedat Cæſari, omnia tam illa, quæ initio hujus capitis de ipſ dignitate dicta ſunt, adhuc obſerva & de faſtu nihil remittit, nec tantu ipſe ſuperiorem ſe Cæſare æſtimat,

etia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

am ex cognatis ejus, (quorum ma-
us eſt numerus & qui juxta Dayri
lam habitant) non pauci Cæſarem
æ ſe contemnunt. In illis novem ſunt,
i proximè attingunt Dayrum cogna-
one, & dignitatis hæredes fiunt, ſi il-
m ſine liberis contingat mori.

Motus hi bellici & cruentæ ſeditio-
s, de quibus hactenus ex Caronio di-
um, inter annum Epoch. Chr. CIↃ IↃ
CIↃ IↃ C, hoc eſt ſeculo decimo ſexto
ontigerunt, & circa initium decimi
ptimi vel paulo poſtea, Taycko totius
poniæ Cæſar à Dayro declaratus eſt.

Crebra eſt horum tumultuum men-
o in epiſtolis Ieſuitarum, qui in medio
rbulenti illius ſeculi tempore illuc ve-
erunt, nempe anno CIↃ IↃ XLIX. Vn-
e Maffeus quædam in ſuas Hiſtorias
tulit, quæ etſi in quibuſdam à Caro-
io aliena ſint, hîc tamen apponere o-
eræ pretium putavi. Sanè inquit, Ia-
onium omne nomen uni quondam
arebat Imperatori, cui titulus Vo, ſeu
Dayri: quoad is diuturna pace in deli-
ias atque ſocordiam reſolutus, præfe-
tis & ſatrapis, ac præcipuè Cubis (ſic e-
im duo primarii vocabantur, quorum
lter deinde extinxit alterum) contem-
tui cœpit eſſe. Viri ergo militares, talem
liquandiu perpeſſi, mox indignati do-
minum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

minum, tandem abrupére frœnos
ſuam invasére quiſque provinciam
momentò, unitas illa & maximi
textus imperii, multas in partes ac
ti fragmenta diſſiliit: jus tantum D
manſit in hunc uſque diem, hono
vocabula proceribus dividendi,
pro graduum varietate mutantur id
tidem, certiſque characteribus
gnantur. Inde haud ſpernendas c
pecunias: alioqui pœnè precariam
tinet dignitatem. Summus verò &
tentiſſimus Iaponiorum omnium ha
tur ille quiſquis Meacum & Meaco f
tima nobiliſſima regna (quem tract
communi nomine Tenſam appella
armis atque arcibus occuparit. (
ideo dicebatur Dominus in Coquy
& Princeps Tenſæ. Coquinay enim
citur regnum, in quo ſita eſt Meac
hodie enim illa longe aliter ſe habe
Ea loca nuper obtinebat Nubunar
tyrannus. Hujus in ſolium à conjura
ante hoc biennium interempti, libe
ejuſdem aut pulſis aut occiſis, per
ctionem ac vim præcipuus è ducu
numero Faxiba ſucceſſit.

Quodnam ſit illud biennium non
cet ex his Maffei verbis vel conſeque
tibus colligere: rectius feciſſet, ſi annu
ipſum notaſſet.

Cir

ioris
, ali-
ſtum
tima
s ad-
utem
XIII.
n ad-
l po-
loco.
mus,
poſt
is ac-
ræfa-
ec de
cem,
ibam
erum
atio-
m re-
Eun-
poniâ
inam
mque
di ad
vium.
fugat

CAP.

minu
ſuam
mom
textus
ti frag
manſi
vocab
pro gr
tidem
gnant
pecun
tinet d
tentiſſ
tur ille
tima n
comm
armis
ideo d
& Prin
citur re
hodie
Ea loc.
tyrann
ante h
ejuſde
ctione
numer

Quo
cet ex l
tibus c
ipſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Inſeratur hæc Tabella inter pag. 30, & 31.

- Reſpectu religionis homines ſunt duplici in differentia.
  - Quidam profectam à Deo S. Scripturam obſervant, hi ſunt
    - *Iudæi*
    - *Chriſtiani*
      - Græci, ſeu Orientales
        - 1. Proprièita dicti, ſub quatuor Patriarchis.
          - Conſtantinopolitano
          - Aexandr.
          - Antiochen.
          - Hieroſolymitano
        - 2. Albaſſini.
        - 3. Moſcovitæ.
        - 4. Armenii.
      - Occcidentales
        - Pontificii
        - Lutherani
        - Reformati.
        - Anabaptiſtæ
        - Sociniani, & alii hæretici minus noti.
    - *Mahometani*
      - Turcæ
      - Perſæ
      - Tartari
      - Africani
      - Arabes.
  - Reliqui ſunt *Ethnici*
    - 1. Athei & feri homines.
    - 2. qui Solem, lunam atq; ſtellas venerãtur.
    - 3. qui multos Deos colunt.
    - 4. qui unum quidem ſupremum Deum agnoſcunt, ſed non juxta revelationem.
      - 1. Chinenſium religio.
      - 2. Indorum.
      - 3. Iaponiorum.
      - 4. Guinenſium in Africa & vicinarum gentium.
      - 5. Monomotapæorum.
      - 6. Americanorum quorundam.
      - 7. Samojadæ incolarum.
      - 8. Perſarum in India.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

rca tamen octogeſimum prioris
i annum nempe CIↃ, D, LXXX, ali-
annis prius vel ſerius id factum
imo. Namque in epiſtola ultima
tarum, Nubunangam legimus ad-
potentia floruiſſe: ſcripta autem
la epiſtola, anno CIↃ IↃ LXXIII.
quam in hac Nubunangæ non ad-
itur ſummum imperium, ſed po-
Cubo, qui tunc Cæſaris erat loco.
im de his judicare non poſſumus,
ndoquidem illæ literæ quas poſt
um LXXIII ex Iaponia Maffeus ac-
t, & ſe editurum promiſit in Præfa-
e Epiſtolarum, ex quibus hæc de
unanga deſumſit, hactenus lucem,
d ſciam, non adſpexerunt. Faxibam
m proximè ante Tayckonem rerum
tum fuiſſe in Belgarum annotatio-
us legi, & quinquaginta ſaltem re-
in ſuam poteſtatem redegiſſe. Eun-
n quoque Faxibam devicta Iaponiâ
ſtituiſſe firmo exercitu in Chinam
icere eamque ſibi ſubjicere, jamque
hunc uſum curâſſe arbores cædi ad
icandam claſſem bis mille navium.
nim manipulus Iaponenſium fugat
onem Chinenſium.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

CAP. V.

De cæde Cubi, quæ anno CIↃ D LXV[…] *eſt, & ejus Succeſſore, uſque a*[…] LXXIII *annum.*

LVdovicus Frojus Ieſuita in e[…] lis ſuis, quæ reperiuntur in q[…] libro Epiſtolarum Indicarum, pr[…] exponit Cubi cædem & quæ conſ[…] ſunt. Ita enim loquitur in epiſt. v. […] ptis noſtris intervenit atrociſſimu[…] poſt hominum memoriam inaud[…] facinus, quod non modò conatu[…] ſtros omnino impediret, ſed etiam […] ipſos in extremum vitæ diſcrimen […] duceret. Nam regulus Imorenſium […] quo ſcripſi ad vos antea) Mioxindo […] devictis à ſe gentibus quibuſdam, […] tentia atque opibus auctus: ipſum […] que Cubum, ut in pace otioque ſecur[…] & imparatum à rebus omnibus, c[…] nihil ejuſmodi metuentem, impe[…] quod magna cum æquitate regebat, […] ſummum ſcelus atque perfidiam de[…] bare, ac Tyrannidem occupare con[…] tuit: neque apud inflammatum do[…] nandi libidine animum vel Cubi vir[…] & probitas, vel plurima, eáque ma[…] ma ab eodem in ſe profecta benefi[…] valuêre. Igitur aſſumtis latrocinii […]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

iis duobus, Narenſium Tyranno Da-
ondono, & alio quodam dynaſta, cum
electis armatorum duodecim millibus
epente Meacum iter intendit, eò cer-
iore ſpe rei perficiendæ, quod & ipſe
Cubi nomine univerſæ rei bellicæ præ-
rat, & plurimos habebat in urbe Mea-
o ſatellites & clientes. Copiis ergo
rope urbem juſſis opportuno loco ſub-
iſtere, ipſe cum fidelium manu ſpecie
fficii Meacum introit, nimirum ut qui-
uſdam recentibus honoris inſignibus
Cubo decoratus, ei gratias agat. Atque
t quod volebat, quam maxime ſine
umultu tranſigeret, ad alia verborum
fficia illud etiam addit, ut Cubum
n ſuburbanum quoddam Bonziorum
de quibus vide caput XXV) cœnobium
landis precibus ad cœnam invitet.
Namque ibi circumventum adoriri pla-
uerat. Sed cum res parum procederet,
uod Cubus de conſidente prope Mea-
um exercitu factus denique certior, &
uſpicatus id, quod erat: non modò ſe
Mioxindono minimè crederet, ſed et-
am fugam pararet, ex qua deinde im-
rudentiâ comitum ſuorũ revocatus eſt.
Mioxindonus apertè ratus agendum,
opias omnes ad regiam propius admo-
et: ac ne inexpiabili in ſuum Impera-
orem ac Regem odio accenſus eſſe vi-

deretur, dum inops conſilii Cubus cu
familiaribus trepidat, præmittit ad R
giam, qui palam denuntiet, ſe caput i
ſius Cubi minimè petere, certis tantù
ejus cognatis amiciſque graviter infe
ſum, eorum potentiam ultra ferre n
poſſe: itaque tum demum rem conve
turam, ſeque inde cum pace abiturur
ſi complures proceres, quos nominati
in ſchedula deſcripſerat, quàm primù
interfici jubeat. Ad hæc tam inſigr
impudentiæ poſtulata, irâ percitus
qui ad ea cognoſcenda Cubi juſſu pr
dierat, grandis natu aulicus, ille i
qui nos ad Cubum introducere conſu
verat, abjectâ, quam legerat, ſchedul
verbiſque graviſſimis in parricidas i
vectus, ad extremum addit, rebus ja
deſperatis quoniam quidem aliâ rati
ne non poſſit, certè voluntariâ mor
ſeſe officio fideique ſuæ ſatis eſſe fact
rum. His dictis regreſſus in regiam, c
ram ipſo Cubo ſtrictum pugionem ge
tis more ſibi condit in viſcera, & mor
bundus occumbit. Eodem ipſo leto qu
tuor alii, cum præ timore occluſis janu
non admitterentur, mox in ipſo reg
periére veſtibulo. Senis verò demor
filius, ut patrem conſpexit exanimen
præceps dolore atque iracundiâ fert
in conjuratos infeſtus pugnanſque p
imitt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

nitur. Tum illi pluribus locis palatio
ammas injiciunt, quod Cubus ubi ſen-
t, certus prælio potius, quàm incen-
o mortem oppetere, ex honeſtiſſimæ
aviſſimæque fœminæ matris amplexu
proripit, vaditque cum ſuis armatus
confertam hoſtium aciem: ibi quàm
errimè dimicans, ventrem haſtili, ca-
it ſagittâ confixus, duobus præterea
ılneribus acceptis in facie concidit:
per eum prælianies egregiè centum
rciter aulici primæ nobilitatis viri
rnuntur: quorum cum animi magni-
do ac fidelitas omnium, tum præſer-
n adoleſcentuli cujuſdam quartum
cimum annum agentis enituit; qui
m in certamine hoſtes pœne obſtupe-
iſſet audaciæ miraculo, eumque vi-
m ſublato undique clamore cona-
ntur excipere, ille Cubum defunctum
tuitus, ſibique turpiſſimum ratus, Re-
ſuo Dominoque ſuperſtitem eſſe, gla-
o confeſtim abjecto ſicam arripuit,
ſciſſoque ſibimet gutture eandem ſi-
m adegit in viſcera. Inter hæc ho-
s, qua per incendia patuit aditus, in
giam frequentes irrumpunt, fratrem
ıbi Bonzium una cum matre, ne-
aquam vel hujus ſenectutem, vel il-
s adoleſcentiam miſerati acerbiſſimè
ntrucidant: regia gaza diripitur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

cuncta ferro flammáque miſcentur. Ho-
norariæ puellæ ac pediſſequæ, regu-
rum fere ac principum filiæ & clari-
mis ortæ familiis, omnia miſerabili
ejulatu gemitibuſque complentes, in
obſeſſos armatis exitus conantur si
fugâ conſulere, quarum aliquæ ve-
mentis etiam in illa ipſa immanitu
petulanter atque procaciter à mili-
bus exuuntur: aliæ verò ad viginti, cu
ancipiti metu diſtractæ, hinc micans
horrent gladios, inde ſævienti per-
rentur incendio, in conclave quodda
abditæ, quo nondum flammæ perva-
rant, igne deinde graſſante opinio
celerius, ibidem oppreſſæ, atque ad-
nam omnes abſumptæ ſunt, &c. Vi-
antur reliqua de matris morte & cuj-
dam Cubi familiaris ibidem in epiſt.
Frater demortui Cubi, Canadonus
jacata, elapſus è conjuratorum cu-
dia, ad Vatandonum (Dynaſtam in
gno Vomi) opis implorandæ causâ co-
fugit ſupplex, quem ille non modò
nignè exceptum ingenti ſumtu & m-
nificentia plus annum in arce ſua C
fovit atque cuſtodiit, magno ob i
pſum ære alieno conflato: ſed etiam
in fraternum imperium reſtitueret,
nitimos Reges nationeſque circumi
atque omni ratione ſolicitare non

ſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

it, quoad Nubunanga Rex Voaris, ar-
atorum quinquaginta millium exer-
tu comparato, & Mioxindoni & Da-
ndoni, qui conjurationis principes
erant, repreſsâ audacia, quem dixi
ulem, in fraternis opibus & gradu
onoris ampliſſimi collocavit.

In epiſt. ultima libr. IV. Nullam pu-
regionem ex iis, quæ Chriſtianorum
avigatione vel armis apertæ ſunt, in
nta rerum viciſſitudine ac varietate
erſari, quantam aſſidue patitur hæc
erra Iaponica. Poſt tuum à nobis di-
reſſum, quot cædes, populationes,
verſiones urbium & incendia con-
ecuta! Cubo enim Nubunangæ opi-
us reſtituto, cum res Meacenſis ut-
unque pacata videretur eſſe, repen-
e quibuſdam interpoſitis offenſioni-
us (ut ſunt irritabiles animi Re-
um, & omnis imperii ſuſpicioſa com-
munio) periculoſum & grave bellum
nter eoſdem exarſit, cujus belli initio
um ſe Cubus, evocatis undique militi-
us, in arcem munitiſſimam recepiſ-
ſet, & cum hoſtibus Nubunangæ inita
ocietate (qui multi potenteſque ſunt)
antùm virium collegiſſet, ut Nubu-
nanga nequaquam è ſuis finibus egreſ-
ſurus in præſentia crederetur: tum ille
nihil hoc apparatu perterritus, præter

omnium exſpectationem cum robu-
legionibus affuit, captuſque miſeric-
dia populi, cum fruſtra, per interpre-
de conditionibus pacis egiſſet, malo -
gendum ratus, qui monitis non pa-
ret; quanquam invitus, atque adeo -
lachrymans tantæ cladi (ut affirmar-
omnibus paſſim tectis agrorum, mu-
tiſque præterea idolorum fanis, Bo-
ziorumque cœnobiis, ad hæc vicis fr-
quentibus uno die centum exuſtis, pr-
daque ingenti rerum non modò agr-
ſtium, ſed etiam urbanarum abac-
(quod cives initio tumultus, veriti -
Meacum rectà contenderet, pretioſa-
ſuppellectilem cum liberis uxoribuſq-
in ea loca raptim avexerant) rurſus C-
bum inſtitit ad pacem invitare. At il-
fœderatorum copias propediem exſp-
ctans, cum interim omni ope reſiſtere -
ultima experiri decrêſſet: tum verò Nu-
bunanga vehementius irritatus urbe-
ipſam evertere ſtatuit.

Eſt autem pro ſitu loci diviſa bifa-
riam ſic, ut altera pars Meaci ſuperio-
altera inferior nominetur. Superio-
rem longè celeberrimam totius Iapo-
nis præcipua nobilitas incolebat: ii di-
reptionis & incendii metum ingenti pe-
cunia conati redimere, nihil profece-
runt. Inferioris urbis exitus felicio-

fuit

uit: ſiquidem cives, & in iis Chriſtiani ermulti, non tam argenti pondere, uàm precibus infimis & humilitate eniam & pacem à Nubunanga impe-râ runt.

Itaque totis caſtris gravi pœnâ pro-poſitâ juſſit edici, ne quis inferiori Meaco damni quicquam inferret.

Interim in ſuperiori parte conſcele-ati aliquot, ne in patriæ direptione & xitio nulla ad ipſos prædæ portio per-eniret, ultro ignem tectis injicere ante-vertunt, qui totâ eâ nocte longe latéque vagatus, tertiam ferè oppidi partem ab-ſumpſit: poſtridie verò Nubunanga cum ſuis invectus, quod erat reliquum omne combuſſit. Eo incendio ædes privatæ ad octo millia, Bonziorum cœnobia vigin-ti, & in eis duo Xacæ & Amicæ nobiliſ-ſima & maxima; minoris verò formæ ad octoginta conflagrâſſe dicuntur, quo-rum in unum trepida fuga ſeſe abdide-rant Bonziæ mulieres ad ſexaginta ex iis, quæ ſtipi cogendæ ad inſtauratio-nem fani Daibud in regno Thematis religionis cauſa dabant operam. Inter-ea incluſus arce Cubus nihilominus flecti, quoad Nubunanga caſtellis circa ipſam arcem quatuor excitatis obſidio-ne hominem premere & operibus op-pugnare conſtituit, minis inſuper addi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

tis Imperatoriæ dignitatis ab ipſo
Dayri filium transferendæ.

Quo metu victus Cubus, poſitis ta-
dem ferocibus animis, præſertim cu
exſpectata dudum auxilia non adeſſe
pacem expetiit: neque abnuit Nul-
nanga, quanquam longè ſuperior
explorata pœne victoria. Scriptis i
que conditionibus obſides dati: qui
men quod non primæ ſunt notæ, r
gabant plerique Cubum in conditio
manſurum: ſed hanc moram interpo
tam, quoad auxilium à ſociis quand
que veniat.

CAP. VI.

De ſtirpe Cæſaris in præſentia regnantis.

QVomodo à veris antiquæ ſtirp
Dominis, Dayris regni admin
ſtratio & majeſtas ad alium nullâ gen
ris nobilitate ſplendidum, nomi
Tayckonem pervenerit, diximus capi
quarto. Novus hic Cæſar inſigni er
vir prudentia, atque ideo non tantu
feliciter regnum adminiſtrabat, ſed e
iam facile providebat, fieri vix alit
poſſe, quin Proceres regni invidia ſim
& indignatione aliquando ſtimulat
quod tam vili ſtirpe oriundo Cæſari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
yckone ſuſceptum. Olim multi Ia-
nenſes in variis Indiæ regnis milita-
nt: & anno M D XV, Belgis quoque
expugnando caſtello quoſdam inſulæ
ndæ affuerunt, ubi etiam, primi in
enia hoſtium penetrârunt & vexilla
defixerunt.

CAP. XX.

De Virtutibus & vitiis Moralibus Iaponenſium.

Itiorum moralium in omnibus ter-
ræ regnis largam licet metere ſege-
n: ſed Virtutum veram & genuinam
am, qualem vel Ethici mentis ratio-
que argumentationibus utentes vel
eologi revelatæ innitentes doctrinæ
uirunt, fruſtra quæſieris: ſpeciem
tum & umbras quaſdam Virtutum
antur mortales & admirantur, at-
hiſce auguſtum ſplendidumque Vir-
is nomen attribuunt, ſibi ipſis vel
s adulantes. Vnde fit, ut in expli-
dis diverſarum gentium moribus
iptores Virtutis nomen non in an-
ta illa Philoſophorum & Theologo-
n ſignificatione ſed de qualicunque
dabili actione, Virtutum ſeminibus
pediſſequis accipiant, quod & nos
capite imitamur.

Et primò quidem laudem meretur
gnis parentum Iaponenſium in educ
dis liberis cura, inprimis quod ter
animis gloriæ honoriſque ſtudium
ſtillare non ceſſant. Hinc enim co
quuntur, ut inde à pueritia in omn
ſuis actionibus ſolam laudem & glo
tanquam ſcopum ad quem collime
præfigant ideóque talia agant iiſq
dent ſtudiis, per quæ voti ſui comp
reddantur. Pericula nulla reformid
exiguo fortitudinis & audaciæ di
mine: mortem contemnunt, ac ſæpe
ſibi per indignationem eam co
ſcunt: mendacia cane pejus & angu
tant, quandoquidem magnam hui
tio turpitudinem ineſſe vident: Cœ
jurias, pluvias, æſtum & frigus, v
que moleſtias, famem, ſitim, vig
labores incredibili animi facilita
contra Orientalium populorum
ſuetudinem tolerant: voluptatibu
licet, fruuntur: ſi non, abſque ulla
mi ægritudine carere poſſunt: di
non inhiant, quia parvo conten
eſſent didicerunt. Magnus quoqu
nos fidelitatis, ita ut alter alterun
lumniari & famæ illius detrahere,
honeſtiores inprimis, rarò deprehe
tur. Maximè verò fidem hanc ſuar
monſtrant cum ab aliquo rogati

uod ex conſuetudine ejus gentis ſæpe
) hiſce verbis : Tuere vitam meam &
neſtam famam. Sic enim ſupplices
extremum vitæ ſpiritum defendere
nituntur, nec vel uxorum ſuarum li-
rorumque amore vel periculorum
iuſque mortis metu à propoſito ſe
duci patiuntur. Adeo præ nominis
na & prædicatione vitam contemne-
conſueverunt. Nec minus eorum fi-
litatem licet perſpicere eo caſu, quan-
ex multis, quorum communi conſi-
& ope ſcelus aliquod patratum fuit,
us tantum reliquis adhuc deliteſcen-
us, captivus detinetur. Etenim ſæ-
ſimos torturæ cruciatus potius ſuffe-
nt, quàm ut criminis ſocios prodant,
æſertim ſi ita pacti ſint inter ſe invi-
m, cùm maximo ſibi fore dedecori
ſtiment, ſi ſodalium ignominiæ aut
rtis autores fuiſſe dicantur. In perſe-
tione tamen Chriſtianorum, immani-
torturæ vicit omnium ferè conſtan-
m, ut libro de Religione, capite de
lig. Chriſt. exſtirp. dicemus.

erecundiam quoque & pudorem ſtu-
ſè obſervant in conſanguineorum
nventibus, ſingulis ſibi bene caven-
us, ne vel libidinoſos ſermones vel de
bus ad matrimonium ſpectantibus
ba inſtituat. Quod ſi imprudentiâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

alicujus tale quid acciderit, juni
ſtatim loco ſurgent & ex cætu ſe
dent.

Liberi parentes ſuos magnâ ha
reverentia & omnium officiorum g
re proſequuntur, certo perſuaſi, q
Dii immortales, ut ajunt, contra
agentes haud paſſuri ſint impunè ab
Quolibet menſe, die eo, quo pare
mortem obierunt, nihil comedunt
rum, quæ animata fuerunt, fructu
tantum telluris victitant. Nec ſile
prætereunda eſt eximia Magna
prudentia in eo, quod unum vel
rum in aula ſua alunt, cujus officiu
Domini actiones obſervare & de i
quæ malè vel imprudenter eum fe
viderit, liberè monere. De gratit
ne erga bene meritos ita loquitur
thaſar Gagus Ieſuita in epiſt. libr.
Sunt Iaponii acceptorum benefic
adeo memores gratique, ut ſi n
ipſorum eleemoſynas acceperin
quod illi ſibi honoris loco ducunt
enim dico ſi eos inviſerimus, aut
quapiam re adjuverimus) eorum
marii ad agendas nobis gratias do
uſque contendant: quod ipſum i
dum etiam ethnici eorum cognat
ciunt: quòd ſi qui nobis (ut fit) in
meſticis miniſteriis operam dede

m duntaxat mercedem requirunt,ut
vesperam hilari vultu dicamus: Go-
nio de Oniar, h.e. laborâſtis egregiè.
ſi reticeatur, valde mœſti afflictique
cedunt. Furta adeo deteſtantur, ut
omnibus gentibus neque Chriſtiano-
n, neque barbarorum ullam ſe na-
nem à furto magis alienam vidiſſẽ
erat Xaverius p.191.
De miſericordia eorum erga afflictos
dovicus Frojus ita ſcripſit in epiſto-
, quam ex Iaponia miſit ad ſocios,
m per aliquot tempus ibi ægrotus
cubuiſſet: Vt eſt gens ad omnem hu-
nitatem ac miſericordiam prona,
anquam in ſummis rei familiaris an-
ſtiis, alii ad me contegendum ſuis-
et veſtimentis exuere ſeſe, alii in ci-
m duas trésve cochleas, alii virides
pas, alii denique ſylveſtre allium af-
re: aliquot etiam Firandenſes & Fa-
tenſes Chriſtiani, qui in eam inſulam
no priore migraverant, cocta nobis
aria ſeptem octove dies è ſuis domi-
s miſere. Raro eos jurare notat Xa-
rius, id tamen quando faciunt, per
lem jurare. Idem quoque hanc eis
idem largitur, quod ſi contra ratio-
m oſtendas ea, quæ peccant, facile
entiantur, & imperio pareant ra-
ones.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Sed audiamus jam Maffeum, qui r
qua, quæ dicenda eſſent, ita deſcrip
In univerſum, acuta, ſagax, ac ben
natura informata gens eſt: judicio, do
litate, memoria non Eois modò, ſed
iam Heſperiis nationibus antecellit, c
res in ruſticis ac pueris liquidò cerni
Illi urbanos pæne mores, vegetum
genium ac minimè agreſtem indol
præ ſe ferunt: hi celerius multò, qu
Europæi noſtri latinas & literas &
tes arripiunt. Paupertas dedecori
probro eſt nulli: vix etiam in mu
agnoſcitur, adeo familiarem diſpenſa
rem, & pro ſua tenuitate concinni
nitentes incedunt. Maledicta, fur,
impiam temerè jurandi conſuetu
nem, aleæ genus omne averſantur. I
mæ, gloriæque avidiſſimi, dignita
verò ſupra quam credi poſſit, retinen
æquè ſummi atque infimi ſunt: nulla
non modo contumeliæ ſpeciem, ſed
dictum quidem paulò aſperius ferun
Ergo reverentur inter ſe, præcipuè n
biles, certantque officiis & honore ve
borum. Quin ipſi rerum viliſſimaru
artifices, quique ſe in diem locant, c
miter appellandi, ſi eorum uti velis i
duſtriâ: nam alioquin irritantur,
ſpreto lucello, cœptum opus abjiciun
Conſtantiam ac decorum ita cuſt
diun

nt vulgo, ut vel ab imminente ruina
ſim ac ſine trepidatione ulla rece-
it, caventque diligenter, ne quid ab-
um aut timidum vel in dictis vel in
is appareat, atque ob idipſum animi
turbationes, ægritudines, impetus,
ſpeciem cohibere atque iræ præſer-
notas omnes obruere vel potius in
trarium flectere didicerunt. Tum
m & gradus lentior & frons hilarior
Intemperantiam verò linguæ maxi-
animo minimè dignam putant: ac
inde vociferationes ac jurgia, neque
er populares in publico, neque domi
er maritum, uxoremque, parentes,
liberos, herum ac famulas audiun-
: Sedatè graviterque, quod agendum
, agitur: ſi quid odioſius accidit, in-
nuntii commeant: quin etiam inter
as noxiorum pœnas convitia remo-
ntur & verborum acerbitas. Pro-
cationes autem ac rixæ, contra quam
ud nos, admodum raræ: ferociam
inaſque in tempora belli reſervant.
m verò (quæ haud poſtrema amicitiæ
eſt) mutuis in congreſſibus dome-
ca incommoda, neceſſitates, æru-
nas, amicis haud temerè impertiunt;
iſtitiam & curas egregiè condunt: ne-
ie alienam pacem & jucunditatem in-
ptis querimoniis & ſupervacaneo mœ-

rore ſollicitant: ab aliis interrog
rem totam vel renidentes elevant,
certè modicâ ſignificatione perſt
gunt: denique aſperis in rebus plane
credibilem animi æquitatem oſtendu
ac veluti in gradu perſtant, & quicq
evenit, ſine gemitu excipiunt: cr
ipsâ varietate caſuum edocti & inc
ſtantiâ rerum humanarum, quæ i
regionibus vel maximè viget: Infi
ſortis homines ad regiam celſitudir
evehi repente, alios è ſummo faſtigic
ima præcipitari, pæne quotidian
eſt: hac illi viciſſitudine ſcilicet e
diti lætiſſima quæque ſic optant,
interim difficillima cogitent. Firm
autem eſt animus, ad quæ diu med
tus ac præparatus accedit. Neque p
vectæ ſolum ætatis eæ laudes: in p
rorum conſuetudine, atque adeo i
pſis luſibus & remiſſione animorum
nilis prope maturitas & modera
quædam elucet: Imò Linſchotus a
vulgus & agricolas eâ eſſe humani
& urbanitate, quaſi in aulis educ
eſſent.

De vitiis Iaponenſium idem Maffe
poſtquam falſam eorum religion
notâſſet, ita loquitur: Inde paulat
Iaponii extinctis, quæ Deus indider
veritatis igniculis, conſcientiæ ma
ſteriu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

um exuunt, effractiſque pudicitiæ
ſtris, in choreas, ludos, compota-
es ac Venerem intemperanter effuſi,
i cum cœcis ducibus viatores ad
piternum interitum præcipiti cele-
e feſtinant. Iidem per cauſam re-
ndæ gravitatis atque conſtantiæ,
animorum ſenſa motuſque à pri-
annis obtegunt ac celare adſue-
t, facili deflexu prudentia ad aſtu-
, calliditatem perfidiamque dege-
nt. Inde pravum ſimulandi ſtudium
llendi certamen: uti quemque peſ-
oderunt, ita familiariſſimis oculis
entur: bona fides & aperta ſimpli-
s, & candor illuditur Accedit ſævitia
um & immanitas dira: leviſſimis de
is, & quidem nec opinantes & aver-
nvadunt homines, unoque aut alte-
cuti ac ponderoſi acinacis ictu con-
nt: dein compoſito ac ſecuro vultu,
ſi facinus ad ſe nullâ ratione perti-
t, ferrum vaginæ reddunt. Inſuper
i occaſionem ex tuto, gladii acu-
in capite humeriſve inſontis cu-
iam interdum experiri non dubi-
. In bello, captis per vim oppidis
pagis certum exitium, cuncta ferro
miſqve vaſtantur: non ætati, non
i parcitur: in prælio victi, ſi palan-
effugiant, nullo diſcrimine cives

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

hoſteſve ſint, ſpoliorum causâ ple-
que ab agreſtibus opprimuntur. A-
na, ut diximus, furto ſubducere d-
gnantur, cædibus rapiniſque gra-
non item: terra latronibus, mare p-
tis vehementer infeſtum: Prægna-
fœminæ, partum haud rarò med-
mentis abigunt, idque Bonziis auct-
bus & magiſtris: vel etiam editos in
cem infantes, alendi tædio inop-
crudeliter injecto præfocant pede *.
gentibus ægrotis aut peregrinis pu-
ca & gratuita diverſoria nulla: ſub
pernoctant, miſeramque trahentes
mam, deſerti ab hominibus vel ipſa
ſanantur, vel extincti morbo abjic-
tur in ſterquilinium. Eo majore c
approbatione Iaponii Chriſtianam
ritatem erga deſtitutos & calamit-
itemque ſepulturæ ac funerum inſti-
mirantur. Sontibus quolibet non
haud leviora quàm exilii aut pro-
ptionis aut capitis ſupplicia conſti-
ta ſunt: gladio fermè trucidantur
providi &c. Ipſi autem dynaſtæ re-
ve quanquam ab externo ac merce-
rio milite planè imparati, atque ob
ipſum indigenis vehementer obno-
tamen barbaro quodam faſtu ut de
retulimus, adorari colique ſe vol-
ſti-

(* *Fides ſit penes auctorem.*)

ti armatorum caterva difficiles
us, delicatas præbent aures, addu-
ue vultu nutibus ferme vel ſcriptis
nt, ſermone gravatè conſociant: nil
habent in populi caritate repoſi-
: regit omnia metus: huic adjun-
eſt odium: inde crebræ & occultæ
ſpirationes ac ſeditiones erum-
, excuſſòque rectore ſceptrum ad
alioſque in ſumma rerum omnium
urbatione transfertur. His adde,
l etſi Deos immortales agnoſcant,
quam tamen vel ante cibum aſſu-
dum vel poſt aſſumtum preces fa-
t. Claudat vitiorum cumulum,
l à Maffeo omiſſum miror, grande
ltiſſimum crimen, Pæderotia, ſive
m Sodomiticum, quâ gens Iapo-
ut etiam Chinenſes & omnes ferè
adeò delectantur, ut pro crimine
habeant, ſed licitum ſit atque ab
Sacerdotibus, qui fœminis abſti-
coguntur propter religionem, per-
ur. Xaverius p. 191 de illo ita: Bon-
ſacerdotes & monachi Iaponenſes)
rio libidinis generi uſque eò dediti
, ut etiam palam id profiteantur.
que adeo communis omnium viro-
pariter ac mulierum hæc peſtis eſt,
m tetri flagitii odium atque hor-
m ipſa jam ſuſtulerit conſuetudo.
In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

In hoc nos nefarium ſcelus ſæpe
himus, cumque oſtendimus quàn
lerati ſint, Deoque inviſi, qui ta
impuritatem ſuſcipiant; ſecundis
dem cæterorum auribus atque at
utimur: ſed Bonzii ipſi à nobis ad
niti, ut à tam fœda libidine ſibi te
rent, riſu ac facetiis objecta elevan
nantur. Et quamvis graviter objur
tur, quaſi callo ad turpitudinem o
cto, etiam ad pudorem obdurue
Hæc Xaverius. Porrò præter Iapo
& Chinenſes etiam Siamenſes &
guenſes iſto vitio olim laborârunt
à quadam Regina abolitum eſt.
enim illa videret iſto ſtulto amore
creationem hominum impediri, n
ſubditos ſuos ab illo apertâ ratione
ſet abducere, aſtu id effecit. Edic
nempe promulgavit, ut omnes ma
aureum vel argenteum globum i
cutem & carnem glandis interponer

CAP. XXI.

De illis, quæ opinione honeſta vel tu
cenſentur.

MVlta in vita communi pro in
coris, multa pro decoris haben
quorum pleraq; Ethici docent eſſe in
ferentia, magisque opinione gent
qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

n juris & æqui principiis inniti
dunt. Vnde non immeritò hone-
t turpia diſtinguuntur in duo ge-
, quorum alterum contineat ea,
revera talia ſunt, & virtutum vi-
umque nominibus appellantur, al-
n ea quæ ex conſuetudine talia
entur, & apud diverſos populos di-
ratione obſervantur.
e priori genere dictum eſt præced.
,itaque de poſteriori jam dicendum
s erit. In hiſce verò magnopere à
s diſcrepant, quod ideo minus mi-
videri debet, cum in oppoſito ferè
is orbe agant, remotiſſimique ſint
nium Orientalium populorum, etſi
podes noſtri non ſint. Tenent apud
dextram honoratiores, ſiniſtram
us honorati: in Iaponia contrà, hi
ram, illi ſiniſtram. Nigrum nos co-
m triſtitiæ luctuſque ſignum habe-
, illi album: Verſicolorem veſtem
iris nos ridemus, illi ſine dedecore
pant: nos pallio induimur exeun-
domo, illudque deponimus redeun-
illi contra, deponunt exeuntes; in-
ntur, dum in domibus agunt: Se-
mur nos funus, iſtic cognati & ami-
ræcedunt. Scamnis vel ſedilibus in-
ntes capimus cibum, illi genibus
imento, (quod apud magnates ſto-
reis

reis nitidis, & culcitræ in modu
mentibus ſit inſtratum) innixi & c
bus inſidentes: in lecto dormimus,
citris, pulvinaribus, tegminibus c
ra noſtra foventes; illi, in paviment
per ſtoreas, quas dixi, capitique lap
ſupponunt. Magnam nos dotem à
ſarum parentibus petimus, & vari
terdum artibus extorquemus: illi, ſi
ultro miſſum ſit, remittunt. Sagina
nos boves, ſues, oves; illi nullun
rum animalium alunt, ferinâ utun
carnem appetant. Familiæ nomen
poſtponimus proprio; illi præpon
rationem ſuæ conſuetudinis redd
non ineptam, nimirum quod ma
parenteſque idem familiæ nomen g
verint adeóque priorem jure præ
poſteriori, honoratius minus hono
Neque aſſumtitia nomina eadem
totam vitam ſervant, ſed pro rat
ætatis mutant ita, ut pueritiæ no
abjiciant, ubi ad virilem pervenêre
tem, aliudque huic ætati magis co
niens aſſumant, quod deinde ubi ſ
ctutem attigerunt, deponunt, ali
ſumto. Multa quoque horum nomi
plurimis conſtant ſyllabis, ut Sadoſ
minamo Tonoſindelanda, nomen
ſaris, qui anno XXVI hujus ſeculi reg
vit. Potentium carpenta apud nos
h

t equi; apud Iaponios tauris hic la-
cum equis eſt communis. In tra-
dis hoſpitibus & amicis ſordidi
ſunt. Etenim ſive nobilium ſive
bilium ædes accedas, humanis &
dis verbis rogant, ut ingredi, ſeſ-
que capere digneris: apponunt
tabacum & Tſiam (de qua poſtea.)
od ſi gratior Domino ſit hoſpitis ad-
us vel amicus ſit, vinum quoque
inant, quod in patera uni pedi in-
nte affertur: nec licet tunc hoſpiti
edere vino non libato.
um ſervi dominis ſacramento fide-
is ſe obſtringunt, ante idolum ſtan-
ſanguinem mittunt è brachio, de-
tiſque ex eo literis quibuſdam,
legi non poſſunt, & ad extremum
graphâ concrematâ; hero ſe fidem
aturos eſſe, jurejurando promittunt.
i amicos quoſdam peregrè adven-
cognoverint, obviam illis proce-
t cum multis accenſis facibus: Ter
nato ad terram uſque capite adve-
tes excipiunt. Mos quoque eſt Ia-
iorum, cum aliquam pecuniæ ſum-
n principibus largiuntur, chirogra-
m illis offerre, ex quo ipſi deinde
ſuos domeſticos eam pecuniam exi-
t. Anno ineunte, à die nono Lunæ
ſque vigeſimum, regni proceres &
Bon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Bonziorum principes ad regem qu
ſuum ſalutandum non ſine donis
dunt. Ea ſunt ferè magnus chart
merus, aurea flabella, arma affab
cta, & alia ejuſmodi. Atque hæc
ſuetudo jam inde ab antiquis
temporibus præcipuè in aula C
retinetur, atque idem honos uxor
que ipſius, matrique tribuitur. H
tem ſalutatores Cæſar longo cubi
rum ordine admittit quidem in
tralia, operis eximii periſtromat
reis exornata, ſed ad eorum verba
tationeſque (ea loci & perſonæ ma
eſt) nihil omnino reſpondet: inſig
tantùm Bonziis id habet honori
flabellum quod tenet manibus, p
lum inclinet; atque in hunc m
primæ nobilitatis viri inducuntur
inferiorum ordinum hominibus, c
quam locupletiſſimis & pretioſi
dona ferentibus nullo pacto ad
aditus eſt. Somno gens non indulg
mis, & Magnates magnam nocti
tem vigilare conſueverunt. Porrò
referenda videntur ea quæ Maffeus
rat ita loquens: Credi vix poteſt, qu
opere à noſtro victus eorum & c
abhorreat. In olfactu, ſuffitus ne
minime ferunt, alia quædam o
menta ſuccendunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

n guſtu noſtras illi epulas; nos vi-
m illorum condimenta aſperna-
. Aquam nos gelidam; iſti calefa-
n æſtate pariter ac hyeme potant.
uditu ſymphoniam eorum noſtræ
s omnino refugiunt. Nobis, den-
n in candore; illis, quod mirere, in
nigritie decor eſt: itaque atro quo-
eos pigmento identidem inficiunt.
ninas in publico viri & cognati
cedunt, famuli ſubſequuntur. E-
n nos ab læva; illi ab dextra con-
dunt. Inter ſalutandum nos caput;
erlevi crepidarum vel ſandaliorum
ſſu pedes aperiunt. Advenienti
co nos adſurgimus; illi ſubſidunt.
is gemmæ, illis fictilia vel ferrea
in honore ſunt. Iam in curationi-
nos dulcia & bene cocta, illi ſalſa &
a & cruda, ægrotis apponunt: nos
os & altilia, illi piſces atque con-
ia: pharmacis nos fermè olidis &
ris, illi perquam ſuavibus & odo-
utuntur: nos crebrò ſanguinem,
unquam eliciunt. Neque verò cur
ciant, probabilem plerunque ra-
em afferre non poſſunt, ut illa: ſide-
uam attolli, majoris venerationis
cium: cujuslibet uſus vaſa, quàm
ius commodi lapides, quantavis
cede ſapientius emi: frigidâ com-

primi fibras, irritari tuſſim & pect
vitia; reſtingui nativos ignes, ferv
foveri calorem inſitum, laxari mea
eoque facilius levari ſitim; ægro q
appetat natura potiones, non quas h
reat, propinari: ſanguini, quippe
hiculo vitæ parci oportere defendu
& alioqui, non minus illis Europ
quàm Europæis illi ridiculi ſunt: a
quando per munditiarum aut eleg
tiæ contentionem ut fit, cum illis a
tur, par pari nobis egregiè referunt.

CAP. XXII.

De Vrbibus, ædificiis & ſuppellectil

EX ligno conſtant pleræque Iapon
ſium ædes, cujus cauſam quidam
ſe volunt terræ motus, quibus Inſ
hæ valde ſint obnoxiæ, cum tamen
ca paludoſa & medio mari ſita ab
periculo tuta eſſe putentur. Quid
lapideis ab imo ædificiis utuntur, e
gantiâ atque arte viſendis: magni
quoque templa extruunt, & ſacerdot
utriuſque ſexûs ampla & ſumtuoſa c
nobia. Abundat tellus ubique ligni
quidem variis, ita ut ad ignem dor
ſticum & luculentum focum inc
nunquam deſit materia, nec opus
beant matrem ſuam cremare. Eleg

quoque ad ædificiorum exornatio-
n lignorum genera habent undulata,
gnam copiam ſubflavi & albi, ex
fiunt in inſtrumentis muſicis clavi-
nbala, ut vocant: lignum Campho-
ita magnum ut aſſeres quidam ſint
gi decem pedes, lati quatuor. Eve-
autem non raro propter illam li-
am ædificiorum materiam, ut unius
alterius incuriâ integræ urbes in ci-
em redigantur & frequentia ſint in-
dia, quorum in epiſtolis Ieſuitarum
icis ſæpius fit mentio: habent au-
n ſingulæ domus unum conclave
re cæmentitio conſtructum & à re-
ua domo ſeparatum, quod tutum ſit
ammarum violentiâ; in hoc res ſuas
tioſiores reponunt & aſſervant ciſtis
luſas, quandoquidem malunt eas in
uro eſſe quàm cum periculo incendii
num latera exornare. Ad quatuor
lum altitudinem aſſeribus ſunt ex-
cti parietes ædium, quibus ſuperin-
tæ ſunt denſæ ſtoreæ eleganter inter
aptatæ, atque omnia ita facta ut ſibi
icem reſpondeant: tecta ex lignis
ſectis, ut noſtras tegulas lateréſve
erant, conficiunt. Calcem ignorant,
pro ea adhibent ſabulum. Contigna-
ne, quam unicam habent pleræque
es, utuntur ad ſupellectilem minoris

 pretii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

pretii reponendam: cubicula & con
via, in quibus de die agunt & noćte
bant, in domus pavimento ſunt, at
ea nitida & munda ſervant, inpri
primaria, in quæ amicos introduc
aliosſque viſitatores. ſtoreas inſtar cu
trarum tumentes & nitidas (aurea
riſtromata Cæſaris ſunt) inſtern
conclavium pavimento, ſuper q
cruribus reſident, ubi cibum capiu
nec cubilia ſeparata obtinent, ſed ſu
eaſdem ſtoreas ſomnum capiunt, la
dem vel tigillum capiti ſupponen
Ingreſſuri cubicula hæc, ne ſtoreas c
ſpurcent, præ foribus ſandalia (n
hiſce pro calceis utuntur) deponu
eaque reſumunt ubi egrediuntur. N
bilium ædes in duas partes diviſæ ſu
dextram & ſiniſtram: ab uno introi
latere uxor habitat, incluſa toto v
tempore iſtic commoratur, nec in al
rum adſpećtum ſe profert: ab altero
tere maritus tenet conclavia tam ad
gotia ſua, quam pro recipiendis hoſ
tibus parata.

Parietes conclavium omnes ferè
ćturis exornant, vel chartam deau
tam illis applicant, idque tam aptè,
chartaceus tantùm paries eſſe vid
poſſit, in extremitatibus firmant e
ſubſcudibus nigro vernice illitis. Ill
vo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

rò egregium, quod aliquot vicina
oceſtria & conclavia, talibus diſtin-
unt intermediis parietibus vel potius
eſtris auratâ chartâ obductis, quæ
ſatiles ſint & ſingulari ratione pro
itu aperiri, claudi, aut removeri poſ-
t, ut ita amplam quandam aulam ex
s minoribus conclavibus, quando
us id poſtulat, poſſint efficere & rur-
ex uno magno multa minora.

In poſtica domo magnatum & divi-
n Xyſtus eſt, ex qua per aliquot gra-
s deſcenditur in hortum arboribus
nper virentibus conſitum & petris
ibuſdam collibuſque ad naturæ imi-
tionem non ſine ſubtili arte conſpi-
um, atque in hunc ex atrio proſpe-
us datur, cum ei è regione obverſus
.

Ex ſuperiori atrii contignatione de-
ndet picta Tabula, ante quam con-
iciuntur flores in urceo defixi, quan-
oquidem hi plerumque per totum an-
m iſthic haberi poſſunt. Ianuas lon-
aliâ, atque apud Europæos formâ eſ-
, legitur in epiſt. p. 208. In ſeparato
odam conclavi gazam ſuam repone-
incolas, ſupra diximus: ea autem non
nt gemmæ vel multitudo nummo-
m ſed ſupellex, vaſa neceſſaria ad
nficiendum & aſſervandum inprimis
K 3 pul-

pulverem Tſia pro potu, de quo di
mus in capite de Cibo & Potu. Mag
quoque honos & dignitas pictu
Scripturis, incurvis gladiis & ſimili
quarum rerum præſtantiâ alter a
rum ſuperare certant.

In hoc conclave nemo admitti
exceptis proximis conſanguineis
amicis valdè familiaribus aut ſi quar
hoſpitibus hunc honorem gazam ſu
inſpiciendi habere volunt. Ritus er
eſt Iaponiorum, inquit Frojus in epiſ
lis, qui quidem nobilitate ac divi
præſtant, hoſpitibus paulò honorat
ribus in digreſſu benevolentiæ ca
præbere ſpectanda quæ apud ſeſe p
tioſiſſima ſunt: id eſt, omne inſtrum
tum neceſſarium ad potionem her
cujuſdam in pulverem redactæ, nem
ollam ferream, figlinum poculur
cochlearia, infundibulum eluendo
glino, tripodem, foculum denique p
tioni calefaciendæ: quæ ſericis teg
mentis involuta conduntur arculis p
tioſis. Meaci quidam fuit, qui vaſc
lum fictile ad urceoli magnitudinem
uſum ejus potionis, aureorum trigin
millibus æſtimaverit, etſi multi eſſer
qui decem millibus cum eo libenter d
cidiſſent.

Hîc plurima vaſa quatuor, quinq
&

millibus æſtimantur. Similia exem-
Linſchotius refert, atque inſtru-
nta hæc non operis novitate ſed ve-
ate æſtimari & celebritate antiqui
ujus artificis. Scalas ex cedro con-
unt admirabili quodam artificio
oratas, eaſdemque ita purgant
ndaſque eſſe curant, ut nunquam
atæ pedibus eſſe videantur.
De Cubi palatio idem Frojus ita lo-
tur: Ædes quaſdam Cubi primùm
imus, eximio quodam artificio at-
elegantiâ exſtructas, oblectationis
nimi causâ: Nihil ego nec in Euro-
nec in tota India tale conſpexi. Iis
ti ſubjecti ſunt cùm aliis arboribus
otis in orbe noſtro, tum cedro, cu-
ſſo, pinu, malis medicis conſiti: quæ
nes arbores, varias in figuras arti-
manu coactæ, cameras, tintinna-
a, turres, aliaque id genus plurima
erunt. Iam lilij, cyani, roſæ, florum-
tanta eſt copia, tanta colorum,
orumque varietas, non ſolùm ut ad-
nas ac peregrinos, verùm etiam do-
ſticos ipſos atque cultores cum vo-
ptate atque admiratione retineant:
que horti modò, ſed urbs ipſa quo-
e pulcherrima: viæ latæ ac directæ,
ibus arcium inſtar (quæ res furta &
rocinia maximè prohibet) occludun-
 tur:

tur: in iis variarum mercium inſt
res, opifices, ac ſellularii, cùm ali
uſus deliciaſque mortalium, tum p
ſertim aurea flabella conficiunt, ſ
camque cujuſlibet operis textrin
exercent. Deinde ſumptuoſiſſimas p
fecti Meacenſis nuper inſtauratas æ
adivimus, quibus item horti conjun
non modò arborum multitudine, a
ficioſiſque figuris delectant oculos,
rùm etiam aquæ limpidiſſimæ co
quæ à novem circiter paſſuum milli
excisâ rupe, regali ſumtu perducta,
cum in hortis mediis efficit, in
complures variæ magnitudinis inſu
ligneis lapideiſque perviæ pontibus,
quequaque lætiſſimis arboribus o
cantur.

Meacum metropolis totius regni
ſitu loci bifariam eſt diviſa, ſic ut alt
pars Meaci, ſuperior, altera infer
nominetur: ſuperiorem olim celeber
mam totius Iaponis præcipua nobili
incolebat, ſed à Nubunanga tyran
combuſta eſt anno CIↃ IↃ LXXI. eoque
cendio ædes novies mille circiter c
flagrârunt: deinde tamen denuo æd
cari cœpta eſt, ſed non eo ſplendo
quo fuerat prior. Meaci longitudo ol
dicitur fuiſſe paſſuum unius & vigi
millium, novemque latitudo. Mon
edit

ſimi eam cingunt: Ieſuitæ ſcribunt
entum millia ædium habere &
c LXXX millia habuiſſe, idque ex
rum vaſtiſſimo circuitu probari.
s ex urbe ſpatiandi, causâ lætiſſi-
ſſe ſcribunt epiſtol. p. 209 Cele-
quoque olim Iaponiæ fuit urbs
ngutium, cui anno CIƆ DLV à re-
us & conjuratis contra Regem
n adeò incendium illatum eſt, ut
horæ ſpatio univerſam flamma
nſerit, cum amplius decem milli-
miliarum incoleretur; nec ab illo
dio templum, quod neophyti
ſtiani condiderant, fuit immune.
multò poſt cum ex incendio re-
atum eſſet Amangutium, denuo ab
dirutum eſt: ſed nihilominus cives
n denuò ædificârunt.
avam urbem & arcem ita deſcri-
lmeida: Navam veni primùm,
hyti ad præfectum in arcem dedu-
munitiſſimam, aſpectuque pul-
rimam. Collis erat præcelſus è la-
molliori. Eum collem ante quin-
nium Dajondonus fabris adhibi-
d juſtam planitiem ita depreſſit,
dem opera ex ipſomet lapide ſoli-
rres & propugnacula exſiſterent.
edio autem complures effodit pu-
negotio facili, quippe cum ad ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

tium ſtatim cubitum aquarum c
ſcaturiret. Tum illuc è popularibus
ditiſſimum quemque ac fideliſſim
evocavit : ſolum in areas deſcriptun
lis ædificandi cauſa diſtribuit. Illi p
rò certatim ædes exſtruxêre magn
centiſſimas, contignationibus multi
more noſtro ſpecularibus feneſtris
ſtructas. Illud verò præcipuè dele
intuentium oculos, quod non priv
ſolùm ædificia, ſed mœnia etiam
turreſque tectorio ſunt inductæ lev
mo prorſus ac nitidiſſimo. Nihil in
be noſtro tale conſpexi. Calcem qu
pe non arenâ commiſta, ſed candidi
mo quodam chartæ genere ſubigu
Nam quid ego de tegulis dicam, q
duorum digitorum craſſitudine nig
cantes & varietate figurarum oculos
tinent, & in quingenteſimum ann
atque eò ampliùs durare dicuntur? C
ci porrò & cubicula cedrina ſunt g
tiſſimi odoris, pergulæ omnes ex u
duntaxat ejuſdem materiæ tabula : p
rietes pretiosè cælati priſcis annaliu
monumentis : quod inter effigies
ſpatii, totum id inauratum eſt: colu
næ cum epiſtyliis ac ſpiris ex auricha
co item inauratæ : cælatura magni
ca, quibus è mediis eminent ejuſde
operis roſæ peramplæ, viſuque pulche
rim

e. Iam verò lacunaria tum aliis
mentis opificum, quæ dicendo aſ-
i nequeo, admirabilia, tum verò
larum juncturis adeo artificioſè la-
ibus, ut quamvis defixos fallant
tus. Sed mihi inter cætera mira-
viſum eſt cubiculum ulnarum qua-
verſus quatuor & ſemis, è ligno
eo undatim criſpante, venuſtatis
niæ, ita polito ac ſplendido, ut cum
ulorum fulgore certet: quanquam
dotem eam ipſius materiæ fuiſſe
imè credidi, quod ad eum modum
aliquo artis lenocinio radiare vix
et. Huic ædium dignitati horum re-
ndet amœnitas, quibus dici nihil
o poſſe jucundius &c. Almeida in
t. p. 103 ita fatur: Arx in itinere ac-
rit Hexandoni viri principis, edito
monte poſita, omnium, quas in vi-
idere me memini, & loco & opere
nitiſſima: quippe quam decem ferè
pugnacula cingunt, inter ſe non niſi
nte ſubductili pervia, magnoque in-
vallo diſtantia, foſſis ita profundis,
deſpicientium oculis caliginem of-
dant, perpetuo, ut ajunt, ſilice fer-
mentis exciſo.

Sacajum urbs eſt copioſiſſima ac
nitiſſima, ab occidente alluitur ma-
ab aliis partibus profundiſſimâ angi-
tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

tur foſsâ, & aquis plena perpetuis
que etiam inteſtino omni tumult
ſeditionibus vacant civitates Iapo
nec rixæ audiuntur, fermè. Cum
urbis viæ ſuas quæque portas & c
des habeant, ſtatimque, cum opu
occludantur; nullus noxiis ad fu
exitus patet, ſed ſtatim comprehen
tribunalia pertrahuntur. Nangaſa
urbs hodie celebris eſt propter neg
tiones Belgarum. Piongon olim cel
fuit Vrbs, octodecim à Meaco mill
bus. Sed in bellis Nubunangæ v
devaſtata: deinde anno M. D. XCVI
dimidia pars terræ motu abſorpta
reliquum urbis denique crematum

Multas alias urbes magnitudin
ædificiorum elegantia conſpicuas
bet Iaponia, quarum in epiſtolis Ie
tarum mentio fit: ſed hæc noſtræ
ſcriptioni ſufficiunt.

CAP. XXIII.

De Cibo & Potu Iaponenſium.

QVemadmodum in omnibus Ori
tis regionibus & inſulis, ita q
que in Iaponia communem omni
cibum præbet oryza, quæ hîc me
Septembri metitur: in quibuſdam lo
triticum etiam invenitur, ejuſque m

ajo menſe inſtituitur: Siliginem, eumque ignorant. Oryzam autem nia largitur totius Orientis præ-iſſimam, colore candido & in ma-opia, ita ut naves multas peregri-m eâ onerent, cum ab aliis populis expetatur: huic in pretio ſuccedit æ rubri eſt coloris: nigricans ve-cujus magna copia eſt in regnis & Pegu, infimo cenſetur loco.

mune quoque Iaponiis eſt cum to-dia & adjacentibus regionibus, moletrinis, quibus grana in fari-rediguntur, omnino careant, adeó-anes, ut Europæorum fert conſue-, non conficiant. Coquunt autem zam in aqua, & quidem vel ad itiem tantum granorum, eaque s exſiccant, & vocant Oryzam m, vel in pultem ſeu offam craſ- Vtranque loco noſtri panis come-: Prior autem confectio, ubi grana gra manent, minus ſalubris eſt in-tis, ita ut non paucis, qui ex his onibus in Indiam navigant, ven-dolores & tumores creare ſoleat, terea, quod fermentatio exigua eo modo, cujus vicem in altera paratione longa coctio & ebullitio ſtat.

orretur quoque Oryza, poſtquam cocta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

coĉta eſt, & in bolos compingitur.
bit enim Maffeus, Xaverium Ieſu
iter facientem in Iaponia habuiſ
manicis, ſemitoſtæ oryzæ bolos, ec
vulgò vocari *avela*. Molæ tamen
nuariæ in Indiam à Luſitanis intr
ĉtæ jam magno reperiuntur numer
quia mancipiorum ſuppetit mul
do, fit ut mediocri pretio panes, q
noſtri ſunt, ibi quoque emi poſſint.

Sed & pecularia incolarum in
menta, quibus incolæ ad ſeparar
folliculos à granis & ſimul lenem e
litionem utuntur, vocant Belgæ m
cum tamen noſtris molis nequaq
ſimiles ſint.

Herbis & pomis plurimi viĉtitar
quidem ita proſperâ valetudine
multam uſq; ſeneĉtutem agunt, ut
le appareat, quàm paucis ſit eadem
alioquin eſt inſatiabilis, natura n
contenta: Imò triticum, piſces, po
cæteroſque arborum fruĉtus pro
catis cibis numerant, ut Xaverius re

Ex animantium genere boves,
cas, oves, porcum, gallinas, anſe
fœdaſque alias domi haudquaq
alunt nec maĉtant Iaponii (in qui
dam provinciis capitalis pœna eſt
quis bovem occiderit) etſi magna
rum ſit copia: ſed abhorrent ab eis

nil

ſ, ſicut nos ab equina; ſi caro gu-
a ſit , ferinâ veſcuntur. venatione
delectantur inprimis:ſed frequen-
iſce cibantur , quo abundant, in-
is fluviatili trutta ſeu ſilare, & ma-
ſeu aloſa : huic hónos plurimus.
avigatione tamen Belgarum duce
rio circa totam tellurem facta le-
Iaponenſem navem ad Philippi-
nſulas tendentem petaſones quo-
nter alias merces habuiſſe. Buty-
neſciunt, olivo carent, factitio u-
r è cetis ad littus ejectis vel captis,
um carnem quoque comedunt:
ſunt autem tam vaſti hîc ceti,
in Atlantico mari & aliis, nec ita
ia, cum quatuor tantum aut ad
num octo digitorum tranſverſo-
latitudinem pinguedo faciat, car-
item major ſit quantitas. Capiun-
ngulis annis trecenta circiter, &
buitur hic proventus à Cæſare dy-
alicui. In epiſtolis Indicis Ieſui-
n ex Iaponia ſcriptis frequens fit
io miſeri victus incolarum, & pro
ato cibo haberi putrida piſcium
henta , herbam quam appellant
, item naſtúrtia , cæpas &c. Sed
eferenda ſunt devaſtationi totius
egni, quæ fuit in ſeculo eo, quo
æ ibi venerunt : etſi non negave-

rim,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

rim, plebejos tenui ſatis victu ſuſten etiam pacis tempore.

Cibum capientes cruribus inſi ſuper ſtoreas, ut cap. præc. dictum idem quoque miniſtrantes menſa ciunt: humilibus ideo utuntur me ſeu potius menſulis, cum ſingulæ n ſæ unam tantum capiant patinam novus cibus novâ apponatur mensâ conviviis quoque ſingulis convivis gulæ dantur menſulæ. Munditiar inquit Maffeus, apud eos haud m quàm apud Sinas cura: paxillulis c bus inter edendum ita ſcienter utun uti neque excidat quicquam, nec d torum terſu opus ſit: tenuiores ad re præſertim, victitant herbis, ory piſce: divites ad conſuetudinem Si rum, ornant ſplendidè atque appa convivium: in ſingula fercula, ſine teis aut mappis mutatur ſua cui convivæ menſa è cedro pinuve, pa ferè altitudine, binum dodrant quadro, nitidiſſima, lectiſſimiſque ſtincta coloribus: cibi confecti in py midem extruuntur, auro conſperſi, preſſinis ramulis ad gratiam pro nentibus: nonnunquam etiam ro pedibuſque inauratis aves integræ bilibus patinis inferuntur. Et culi rum munditiem omnibus Iapone

s communem eſſe teſtantur epiſtolæ
78. Hoſpitem & convivam hilarè ac
enter accipiunt: convivandi ac pro-
nandi multas habent leges cum riti-
s exquiſitis; haſce cuncti diligenter
ſervant. Atque hæc de cibo. Ad po-
m quod ſpectat, aquam bibunt ma-
ma pars calidam, frigidam pauci &
rò: uſum vitis ignorant (etſi Turſel-
ius vineas perpaucas eſſe ſcribat, ne-
o quo autore) artem conficiendæ ce-
viſiæ itidem: ex oryza excoquunt li-
orem, qui ipſis vini loco eſt eumque
ccharo vel melle dulcem reddunt, ſed
uſtum vinum refert, caputque petit,
a ut citiùs opinione inebriet; appella-
r *Mourſack*, ſæpius Salſe. Inprimis
rò ipſi non minus ac Chinenſes dele-
antur hauſtibus aquæ penè ferventis,
ſperſo pulvere Tſiæ. Herba eſt Tſia
on tantùm ipſa viridis coloris, ſed
uemlibet etiam liquorem eo imbuens
olore: in certis non omnibus creſcit re-
ionibus: ejus quædam præſtantiora
olia magno cenſentur pretio. Divites
æc in urceis duarum Hollandicarum
enſurarum, vel quatuor, aſſervant: in
ngulis nimirum unum vel alterum
ptimæ ſpeciei* injiciunt, & deinde ac-
uratè orificium claudunt ad aëris in-
L greſſum

* *Parvum faſciculum.*

greſſum prohibendum. Teruntur i
folia in pulverem molà ſimili hu
quam noſtrates ad ſinapi comminu
dum uſurpant : atque hujus pulv
quantum acies cultri admittit ,
aquam pene fervidam contentam fi
paterâ ſeu ſcypho eleganti quales *p*
cellanas vocant injiciunt & peculi
ad hoc opus inſtrumento commiſce
ut tota aqua viridi colore tingatur: h
facto , ſorbillando aquam calidam e
bunt. Saluberrimum hoc potionis g
nus & guſtu ſuave eſſe dicitur, inpri
pro delendis crapulæ præcedentis c
moleſtiis & omnibus pituitoſis affec
bus , & vulgus proverbio dicere ſc
de divitibus: *Illéne ſanus non ſit? b*
de optima Tſia. Pulvis ipſe magno p
tio venit , ejuſque propinationem
lennes præcedunt epulæ : quin eti
certæ ædium partes dicantur hiſce co
viviis, quarum eſt mira mundities,
in alios parent.

Circa eam potionem diligentiſſi
ſunt , ac principes interdum viri
ipſi manibus eidem temperandæ ac m
ſcendæ , amicorum honoris cauſa da
operam. In ædium partibus huic mi
ſterio dicatis foculus aſſiduè ſtat , co
tina è ferro liquato ſuperimpoſita : i
de venientibus & abeuntibus ámi

cula porrigunt: hoſpitibus verò in
greſſu contemplandam etiam offe-
nt gazam, quæ apud eos maximi fit:
ferme ſunt illius quam dixi potionis
ſtrumenta, focus & olla cum tripode,
undibulum, figlini calices, cochlea-
& vaſcula, tum herbæ ipſi, tum pul-
ri qui ex ea conficitur aſſervando.
Sanguinem cibis miſcere averſan-
, nec minus à lacte abſtinent, cum
c nihil aliud, quàm ſanguinem ea-
m immutatum vel album eſſe di-
nt, quæ illorum opinio à veritate
n eſt aliena.

CAP. XXIV.

De Veſtitu.

X bombycino & ſerico panno veſtes
ſuas conficiunt, lanei lineique panni
nota illis textrina: pellibus cervinis
æparatis, ut id quod noſtrates vocant
mſledder veſtes ſuffulciunt, eſtque eo-
m magnum pretium. Palliorum uſus
c viris nec fœminis competit, cum
tra ædes ſe proferunt: ſed domi ver-
ntes illa geſtant; ut etiam femoralia
xa, quæ prodituri deponunt. Omnes
mmi æque infimique ſuo quiſque
adio ac pugione ſuccincti prodeunt,
iam pueri annorum XIV, eoſque tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

domi tum foris geſtant, (narrante X
verio in epiſtolis p. 236) & ubi cubitu
diſcedunt, è cervicali ſuſpendunt.

Amictus ab infantia ad juventut
ſumunt varios, idque cum cærem
niis & ſolemni apparatu. Cæteru
qui adulti jam ſunt, talarem geſta
verſicolorem tunicam ferè ut Polo
ſed variis florum & frondium pictu
exornatam: hanc domi demittunt, pr
dituri autem in caligas infundunt,
imum æqualiter laxas, eaſque circa
nes levi ſubligant nodo. Tunicæ an
culum ſuperinduunt breviorem (*qu*
monem vocant) manicis non ultra c
bitos eminentibus: haſce veſtes p
æſtatem gerunt ſimplices ac ſubtiliſ
mo textu: per hyemem ſcilicet denſi
res ac duplices, inſerto item ſerico t
mento vel goſſypino, eaſque, ne i
commodè tumeant, perquàm arti
cioſe perpungunt. Fœminarum ſto
etſi in aliis noſtratium formam ſimile
habeant, ita tamen propter inſertu
goſſypinum tument ut non proper
deant & liberè fluctuent ſicut noſtr
tium fœminarum, ſed quaſi ex dura
conſiſtente materia factæ eſſent, imm
tæ manent. A tenera ætate aſſueſiu
frigoribus & pluviis ſuſtinendis, ide
que tam nobiles quàm ignobiles lev

bu

utuntur veſtibus, caput nunquam
unt, etſi crinibus omnibus detonſis
i, ut in præcedentibus diximus, & re-
frigida ſint. Calceis, crepidiſve ſine
ragulo, ſandaliorum inſtar utun-
, corneo ad extremum extante he-
yclo, quem firmitatis cauſa pri-
m inter & ſecundum inſerunt digi-
: conficiuntur autem ex ſtramine
pellibus cervinis: eaſque ingreſſuri
ationes ne cataſtromata coinqui-
t ante fores deponunt ſine magno
otio.

labella gerunt, tum ad velandam
iem, tum ad auram colligendam,
o ſericoque intertexta. Sub umbel-
ermè proceres aperto capite (is mos
omnibus viget Orientis regnis) in
e pariter ac pluvia uterque ſexus in-
it. E coloribus feſtum habent ni-
m atque puniceum, albus in luctu

De reliquis ad veſtitum pertinenti-
nihil reperio annotatum apud Scri-
res: itaque hujus capitis brevitatem
mpenſabit ſequentis prolixitas.

CAP. XXV.

De Eruditione & artium tam liberalium quàm mechanicarum conditione apud Iaponios.

IN literarum ſtudiis & liberalium diſciplinarum cultu, totius Indiæ provincias adjacenteſque Inſulas Iaponenſium ingenia ſuperant, nec Sinenſibus inferiores eſſe videntur, ſive diligentiam ſive rationis acumen & ſagacitatem attendas: Europæis tamen in omni Scientiarum genere inferiores minuſque felices Contemplatores cenſendi ſunt; utcunque multi annos multos meditationibus impendant, & eâ ingenii felicitate prædicentur à Ieſuitis, ut ducem rationem facile ſequantur: ſine autem eâ haud quaquam aliquid recipiant. Vide Xaver. epiſt. p. 126 & ſeqq. & vitam Xaverii libr. IV. Sed hyperbolas non rarò tum in hiſce tum in aliis ſcriptis de longinquis regionibus adhiberi ſcito. In Theologia, ſi ita falſas de divinis opiniones & ſuperſtitiones appellare fas eſt, multa habent conſcripta volumina, & ſacris meditationibus magnopere vacant: dicemus autem de illorum Theologia altero libro. *Bonzii* appellati ſunt jam olim illi omnes, qui ſtudio con-

tem-

templationis ſe dediſſent monachorum vitam agentes & cœnobia incolentes, qui etſi ſacra inprimis tractarent nihilominus tamen aliarum ſcientiarum curam non omittebant, ſed ſtudiis phyſicis, mathematicis, medicis, legumque & juris cognitioni ſe dabant, ita ut cœnobia illorum ſint veluti Academiæ noſtræ, (quemadmodum in primitiva Ecclesia & ſeculis, ſequentibus apud Chriſtianos ea ratio cœnobiorum fuit & apud Ægyptios olim idem obſervatum,) Itaque qui apud Græcos Philoſophi, apud Perſas Magi, apud Ægyptios Sacerdotes, apud Indos Brachmanes, apud Gallos Dryades & apud alias nationes aliis nominibus appellati ſunt, hi in Iaponia *Bonzii* dicuntur quo nomine etiam in epiſtolis Ieſuitarum vocantur. Ex Academiis duæ præcipuæ fuerunt, Frenojamenſis in monte Frenojama, novem circiter millibus paſſuum ab urbe Meaco ad Orientem remotus, altera Facuſangin: Banduenſis quoque Academiæ, quæ ſexcentis paſſuum millibus à Meaco diſtet, mentio fit in epiſtolis p. 61. & Meacenſis quoque Academia alicubi. Quomodo autem Frenojamenſis & Facuſangin à Nabunanga vaſtatæ & deletæ ſint, dicemus capite ſecundo libr. 11 de rebus ſacris. Xaverius p. 216.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

præter Meacenſem ſcribit quinque eſſe Academias circa Meacum modicis intervallis ſitas, ſingulaſque ter mille & quingentis circiter auditoribus celebrari, nempe Coyanam, Negruenſem, Fiſoniam Homianam & Banduenſem. Minores alias complures perhiberi.

Amplis reditibus gaudent Bonziorum collegia, propterea quod multi Magnatum & Principum filii, cum ſolus primogenitus paternæ dignitatis ſit hæres, in ea ablegantur, ut in contemplationibus vitam tranſigant, fratrique felicitatem minus invideant.

Iuriſprudentiam, ut hodie ea vox ſumitur, non habent ullis contentam regulis vel libris: ex inſito naturæ lumine, rationiſque dictamine vel etiam pro arbitrio ſuo potentiores jus dicunt: civilis juris formulæ nullæ, nulla reſponſa prudentum obſervantur, uno Principum reſponſo litigantium cauſæ & controverſiæ finiuntur: Bonziorum autem de Virtutibus legibuſque contemplationes & diſputationes non egrediuntur Philoſophiæ Ethicæ aut moralis limites. Legis periti cujuſdam, qui Chriſtianus factus ſit, meminerunt epiſtolæ p. 29. Medicinæ faciendæ mediocrem habent peritiam, eam profitentes ex pulſu arteriarum inprimis de

morbo

morbo colligere callent Indicationes, affectus & prognoſtica, medicamentis & compoſitionibus quibuſdam plerumque pillularum formâ utuntur, ſed non ea abundantia nec varietate, quâ Europæi, delectantur: radicis Chinæ proprietates & vires probè perſpectæ illis ſunt: Chirurgiæ verò imperiti ſunt administratores. Ægris ſalſa, acria & dura proponunt, dicente Maffeo; piſces & conchylia, pharmaca ſuavia & odorata: ſanguinem nunquam eliciunt. Magnam autem eſſe Medicorum dignitatem videre eſt ex epiſtola Almeidæ, ubi narrat in urbe Sacajo Medicum quendam eximiâ eruditione atque exiſtimatione virum, Chriſtianam religionem ſuſcepiſſe & filio item medico cedentem omnes opes & praxin medicam, Societatis Ieſu membrum factum; retinuiſſe autem pretioſum ornatum corporis quo antea incedere ſolitus fuerat magno comitatu ſtipatus.

In rebus phyſicis Bonziis quoſdam admodum intelligentes eſſe commemorat Almeida p. 68: & aliis locis idem refertur: ſed qualis ſit eorum de rebus naturalibus ſcientia, de eo nihil annotatum invenio. Mihi Metaphyſicorum more videntur diſputationibus & argutiis potius vacare, quàm veræ cogni-

tioni : quandoquidem Aſtronomi
ignaros eſſe nec minus Meteororu
cauſas admirari ſcribit Xav. pag. 24
Nec mirum, cum Sinenſes quoque i
Aſtronomia, Phyſica & Medicina pa
rum ſciant, ut Maffeus l. VI. teſtatu
Animarum transmigrationem Pytha
goricam multi tuentur, ut videre eſt i
Turſell. p. 253. Mundi originem nequa
quam agnoſcunt ſed æternum eſſe pu
tant. Nec quid in morali diſciplina e
gregii præſtare poſſint video, ſi animo
rum immortalitatem negant, quod Ie
ſuitæ & ex illorum relatione Maffeu
Bonziis attribuunt: ſed mera hæc eſt ca
lumnia. Alia enim ſunt, ab ipſis Ieſuit
ſcripta ex quibus manifeſtò colligitur
eos aliter hac de re ſentire, ut libr. 1 1
dicetur. Et videntur Ieſuitæ unius ſe
ctæ opinionem interdum omnibu
Bonziis aſcripſiſſe. Eſſe enim quandam
ſectam, quæ nihil recipiendum affir
met, quàm quæ ſenſibus cognoſcuntur
Belgarum quoque annotationes teſtan
tur. Arithmeticam artem ſubtili ratio
ne nec minus promtè quàm Europæ
tractant: diverſo tamen modo. Vſur
pant enim ad hoc tabulam aliquam
cui multi infixi baculi, in quorum ſum
mitate globuli hærent, non diſſimile
multum ei Inſtrumento, quod apud

Chi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
cum memoriæ & honoris ergo ſepu
turam viſitant, ubi quoque oryzæ pa
lulum & aquæ in excavato lapide d
ponunt, quod deinde vel à pauper
bus vel à corvis interdum aufertu
Quibuſdam ſepulchris, ditiorum nen
pe, parva columna lapideo opere in
poſita eſt, in qua ſepultorum eô bu
nomen legitur.

FINIS.

APPENDIX
ad deſcriptionem
REGNI IAPONIÆ
continet hæc.

1. *De Dairi Iaponici ad Cæſarem adventu.*
2. *De Regno Siamenſi.*
3. *Hiſtoriam quandam Perſicam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

APPENDIX.

NArratio de magnifico & ſplendido apparatu, uſurpato in urbe Meaco, cum Dayrus Iaponiæ ad Cæſarem inviſendum veniret, die xxv Octobris Anni MDCXXVI conſcripta per *Conradum Cramerum*, qui eo tempore ad dictum Cæſarem nomine Societatis Belgicæ Indiæ Orientalis ablegatus erat atque omnia ipſe adſpexit. Converſa in latinum à Bernhardo Varenio.

Anno MDCXXVI die xx Octobris, poſtquam Cæſari & regni Conſiliariis ſolennes cum conſuetis cæremoniis honores præſtitiſſem, rebus meis expeditis, data eſt mihi abeundi poteſtas & valedixi tam Cæſari ſeni, quàm iuniori, ſenis filio. Mirabantur omnes, quod Cæſar nos non tantum admiſiſſet ſed etiam reſponſum dediſſet ante inſtantis diei feſtivitates, quandoquidem præparandis illis, quæ ad haſce requirebantur ad adventum Dayri, valdè intentum & unicè occupatum eſſe ſciebant: & neque Siamenſes neque Luſitani Legati auditi eſſent, ſed legationis

proponendæ dies dilatus donec peractſ
eſſet hæc feſtivitas. Cum itaque lega
tione peractâ cognoſceremus, dien
pompæ iſti deſtinatum appropinquare
non poteramus à nobis impetrare, u
illis non conſpectis abiremus, præſer
tim cum ad commorandum invitare
mur à Dynaſta Firandenſi & Kackuſey
mondonne.

Die XXIV Octobris circa veſperam
contulimus nos cum omnibus noſtri
miniſtris ad aulam Cæſaris, in cuju
vicinia locum conduci curaveram, u
Cæſares, Dayrum & omnes regni Iapo
nici Proceres prætereuntes commod
contemplarer; quo loco debui tota ha
nocte permanere propter magnum ho
minum affluxum.

Die XXV, ſimul ac illuxerat, incredi
bilem hominum turbam videbamus i
via & circa eam, quæ à Dayri aula ad
Cæſaris palatium tendebat. Ea erat can
dicante arena inſperſa & complanata
ab utroque latere lignei clathri & mi
lites tam Dayri quam Cæſaris diſpoſit
(omnes induti oblongis albis tunicis
capite geſtabant nigram lacca oblitam
galeam, armati duobus gladiis incur-
vis, quos acinaces vocamus, & una
Nanganetta (ſive Iaponica haſta) arce-
bant populum & liberum carpentis at-
que

ue equitatui ſervabant iter. Etenim jam
nte duos dies ex omnibus Iaponiæ re-
ionibus confluxerat huc populus: flu-
iis & foſſis circa viam hanc ſitis tabu-
ata inædificata erant, impleta ſpecta-
oribus & tabernariis.

Vt ad rem veniamus: Primò multi
niniſtri tam Dayri quam Cæſaris ibant
 redibant cum multis lecticarum ba-
ulis, qui ſuppellectilem & ſarcinas
Dayri (incluſæ erant magnis quadratis
iſtis nigra lacca oblitis, in quarum te-
gmine pulchræ picturæ & aurea inſi-
gnia) ad aulam Cæſaris portabant, eoſ-
que multitudo hominum comitabatur.

Poſt hos, quadraginta ſex lecticæ,
quibus Virgines honorariæ uxorum
Dayri portabantur. Hæ lecticæ elegan-
ti artificio factæ erant ex albo ligno, al-
titudine unius ulnæ, extrinſecus lami-
nis ex flavo cupro munitæ & foliaceis
picturis exornatæ.

Parvo dein intervallo aliæ vigenti &
una ejuſmodi lecticæ (Norrimonne
vocantur in Iaponia) ſed nigra laccâ
oblitæ & deauratæ. Haſce aliæ ſeque-
bantur viginti ſeptem numero: altitu-
do ſingularum unius ulnæ, deauratis
januis & feneſtris: in quibus præcipui
aulici Dayri ad Cæſaris palatium fere-
bantur. Atque hoſce ſtipabant centum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

& octo ſatellites albis veſtibus.) Horum tergora premebant viginti quatuor nobiles equites veſtiti & armati non aliter ac ſi ad pugnam deſcenderent, capu tecti parvâ nigri coloris mitrâ cum nigra criſta. Veſtes, tunicæ cum magnis & laxis brachialibus, femoralia prolixa & anguſta ex ſerico viridis, cærulei, albi, variique coloris, & aureis argenteiſque filis opere Phrygio intertextis: ocreæ parvæ laccâ oblitæ, aureis ſtriis. Arma à latere geſtabant inauratos acinaces, ſagittas & arcum. Circa medium cincti pretioſis & itidem opere Phrygio textis tæniis latis, quarum extremitates de equis ex utroque latere dependebant. Equi omnes formoſi parvis capitibus & auribus, ſtricto ventre, ephippia inaurata vel laccâ obtectâ: pretioſi pulvini partim Phrygio opere, partim maſculoſis tygris pellibus ſuperinducti: reliqua ad equorum exornationem pertinentia omnia ex ſericis filis rubei coloris concinnata: fronti inaurata cornua addita: juba aureis argenteiſque filis in multos nodos coacta & cum reticulis ex rubro ſerico & longis ligulis dependens ad pectus & lumbos. Pro ferreis ſoleis geſtabant calceos ex rubro ſerico textos. Singuli equi à duobus miniſtris ducebantur & illis præferebantur

duæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

uæ magnæ umbellæ egregiæ, & ſi-
nul Nanganetta ſive oblonga haſta,
ujus acies ſeu ferrum obductum rubro
t nigro panno. Comitabantur ſingu-
ɔs octoni ſatellites albo veſtitu, arma-
juxta gentis morem duobus gladiis
ncurvis. Hic equitatus decenti ordi-
e bini & bini ab aula Dayri ad Cæſa-
s palatium procedebat.
Vehebantur poſt hunc in tribus ſplen-
idis & magnificis carpentis tres pri-
nariæ Dayri uxores. Carpenta ſingula
ta erant quatuor ulnis, longa duo-
us, lata unâ, jucundis aſpectu exorna-
c imaginibus, lacca & auro ſplenden-
s: ab utroque latere tres feneſtræ,
uarum duæ pretioſis tapetibus ob te-
ebantur. Ingreſſus in hæc carpenta
at poſticus, non aliter ac portæ pala-
s alicujus. Cohors prætoriana utrun-
ue latus ſtipabat. Infra feneſtras reli-
ua nigra lacca erant obducta. Rotæ
rpentorum latis deauratis margini-
us, ſcalpis eleganter tornatis quibus
ɔncharum margaritiferarum parti-
ılæ inſertæ, quæ in circumrotatione
pra nigram laccam talem jaciebant
lendorem, ac ſi rotarum circumvolu-
ɔnis ſpeciem ſpeculum quoddam ad
culos noſtros reverberaſſet. Tegmina
rpentorum erant rotunda, in ante-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

riori & poſteriori parte habebant faſ
gia (quemadmodum in palatiis Iap
nenſium quoq; conſpicitur)quę magn
ficè erant exornata vermiculato ope
inſertis concharum magaritiferaru
particulis, anguli omnes obducti a
reis laminis ſed ipſum tegminis laque
nigra lacca erat oblitum cum inſign
bus Dayri inauratis. Singula carpen
trahebant duo robuſti & grandes tau
non caſtrati, qui rubris reticulis ex ſe
co tecti erant & ſingulis ducebantur
quatuor ſatellitibus albo veſtitu. Æſti
mabatur carpentum unum ex illis ſ
ptuagies millibus taylis Iaponicis (
moneta Batavorum, centies & nonag
novies millibus florenorum) Vtrunq
latus tegebant multi miniſtri long
tunicis albi coloris & armati. P
ſingula carpenta inauratum ſcabellu
& par ſolearum laccâ illitarum fer
batur.

Tum aliæ lecticæ viginti & tres fac
ex albo ligno, obductæ laminis ex fla
cupro, in quibus miniſtri uxorum Day
ſedebant ſinguli ſtipati duobus ſatel
tibus & quatuor bajulis.

Hiſce ſuccedebant ſexaginta & oc
nobiles Dayri, equis vecti, veſtiti & a
mati eo, quo in præcedentibus dictu
eſt, modo, bini & bini ordine, qu

con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

mitabantur multi miniſtri, ſatellites, ſtati & mancipia.
Cum prætervectus eſſet hic equita-s, ſequentia portabantur.
1. Duo ſcabella inaurata, quorum guli laminis aureis tecti.
2. Machina ignivoma artificioſè rata & exornata.
3. Egregiæ magnitudinis & magni etii pyxis nautica.
4. Duo eximia candelabra ex auro.
5. Duæ magnæ columnæ ex ebeno.
6. Tres quadratæ formæ & mino-s pugillares ex nigro ebeno angulis ro coopertis.
7. Quatuor pugillares majores nec nori pretio.
8. Duæ aureæ & capaces patinæ
9. Par ſolearum laccâ obductarum.
Deinde inſequebantur duo magna elegantia carpenta ejuſdem formæ & etii cum eis, in quibus uxores Dayri ctas eſſe antea dictum eſt: ſed in exte-ori laqueari inſignia Cæſaris magnis reis circulis inſcripta cernebantur. In imo curru ſedebat Cæſar hoc tempo-regnans, cujus nomen, Sadoſienmi-mo Tonoſindelanda: in ſecundo Cæ-r junior, ſive filius Cæſaris regnantis, gni hæres, nominatus, Oeudeſienmi-mo Tonoyuemytſamma; Præcede-bant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

bant hæc carpenta nobilium octogin
piara, qui armati erant ſinguli duob
acinacibus & unâ Nanganerta, atq
hi ſatellites erant Cæſareæ Majeſtati
dicti *Sambreys* lingua Iaponenſi, omn
robuſti & fortes viri, quantum ex aſp
ctu exteriori colligere licebat: Quatu
etiam prætioſæ inauratæ umbellæ, qu
tuor item viri gerentes manu bacul
quadratos ex ebeno: quatuor alii ferr
haſtis ad arcendum à via populum.

Hi omnes ordine decenti ante ca
penta incedebant, ducebantur etia
ante ea duo egregii equi cum ephipp
ſumtuoſè atque ſplendidè exornati : j
xta incedebant ad utranque plaga
octo viri armati ſagittis arcu cum du
bus oblongis haſtis.

Dein ſuccedebant fratres Cæſaris
filii cum omnibus totius regni Iapon
ci Proceribus, equis omnes inſidebar
veſtiti & armati eodem omnes mod
quem in præcedentibus commemorav
imus, niſi quod alii aliis ſumtuoſius
magnificentius quilibet tamen jux
dignitatem & nobilitatem. erant n
mero centum ſexaginta quatuor,
quibus priores decem, ita vocabantur

Ovvarny Camny Samma, frater C
ſaris regnantis.

Quyne Deymangon Samma, frat
ejuſdem. Ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Maſſammenemoet Nocammy Samma, itidem frater.

Matſendeyro Thuycuſenocammi mma, Dominus in Canga admodum tens.

Matſendeyro Moutſcroammy Samma, Satſumadonne ſive Dominus in tſuma.

Matſendeyro Iondonne

Matſendeyro Symcoutsquedonne.

Matſendeyro Quonne nochvvucheo.

Turogano deynangono Cammy mma, Senior Pr. Cæſaris junioris.

Myttotchonango Samma, frater ſaris regnantis.

Hi nominati decem Proceres proxi Cæſarum carpenta ſequebantur eo o enumeravimus ordine & quidem usquiſque ſolitarius, ſed pro digniis gradu & opum magnitudine quiet comitatum habebat nobilium, hatorum, ſatellitum & mancipiorum.

Hoſce ſequebantur reliqui Magnates ntum quinquaginta & quatuor, quon bini ordine equitabant & quin honoratiores minus honoratis à iſtra juxta gentis hujus conſuetunem: namque ſiniſtra hic dignior haur quàm dextra. Ex hiſce Dynat præcipui erant, ouvvaydonne, ſumus in Conſilio Cæſaris junioris.

Hic

Hic equitatus decenti ordine iter fac bat cum inſigni pompa, equis ſuper & magni pretii,qui ſaltantes viam co ficiebant.

Dein ducenta armatorum paria i cedebant, candido veſtitu Tum ſex r va elegantia carpenta, dimidiam qu dem magnitudinem priorum æquan ſed non minoris elegantiæ, quæ ſing la ab uno tauro non caſtrato traheba tur: in illis pellices Dayri ſedebant.

Poſt has ſexaginta octo nobiles eq tes bini & bini ſtipati multis miniſt & mancipiis: unum etiam carpentu in quo qui à Secretis Dayri, vehebatu eumque comitabantz triginta ſept nobiles equites.Sequentes quoque lect cæ, in quibus quidam ex præcip Dayri aulicis erant.

1. Quindecim lecticæ è nigro lign cui ebur inſertum.

2. Tredecim aliæ è nigro ligno aurо atque laccâ exornatæ.

3. Octodecim aliæ totæ nigrican ex lacca.

Poſt haſce ſexaginta quatuor mag inauratæ umbellæ cum multis baju & miniſtris, qui alternatim hume oneri ſubmittebant.

Dein incedebant qninquaginta qu tur nobiles ſingulari veſtis genere.

era

ant Dayri Muſici. Portabantur cum s Inſtrumenta Muſica, nempe fiſtulæ, ommæ, pelves, tympana, tintinnabu- & alia in chordis harmoniam haben- a, in noſtris regionibus incognita. enique poſt Muſicos ferebatur Day- us ſedens in magna quadrata lecticâ u domuncula, quæ ex omni parte tru- tiles habebat januas, in ſingulis late- bus feneſtellam, cum tapetibus è ſe- co. Domuncula hæc alta erat unius næ cum dimidia: tegmen rotundum, ejus medio aureus globus, cui gallus ſiſtebat ex mero auro factus, paſſis is. Inſignis quoque ejus domunculæ at elegantia & pulchra aſpectu, va- s circumcirca exornata picturis, an- li laminis aureis obducti. Laquear rulei coloris erat, appictis ſtellis cum le & Luna. Quinquaginta viri por- ndæ huic domunculæ electi erant, nnes è nobilitate Cæſaris, veſtiti albis longis tunicis, nigris mitris. Hos teibant viginti paria nobilium verſi- loribus veſtimentis fere ad morem tiquorum Romanorum cum Euro- eis galeis. hi erant ſatellites Dayri, ſin- li armati Nanganetta, quæ tota in- rata erat. Poſt Dayrum equitabat nus è præcipuis Dayri aulicis armatus priores, manibus geſtans clypeum

formâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

formâ Luſitanici circeri ſeu navis maj-
ris in cujus media parte infixa era
multa tela: ſimul quadraginta magn
umbellæ tectæ ſubtili lineo panno (i
quidem Belga loquitur ſed quia lini pr
paratio illic locorum ignota eſt, intel
git bombycinum album) ad ſatelli
Dayri pertinentia. Tum tredecim m
gnæ laccâ oblitæ ciſtæ portabantu
bajulis. Agmen claudebant quadragi
ta circiter viri, ſinguli albo veſtitu, d
ſtributi in membra, quæ ſeni & ſe
faciebant.

Simul ac Dayrus & ejus Comitat
aulam Cæſaris ingreſſus eſſet, veſpe
aderat. Populus qui tam in tabulat
quam domorum tectis conſederat (m
ximus numerus puellarum & nuptaru
fœminarum) ruebat in plateas ſingu
ad ædes ſuas feſtinantes. Hæc incredib
lis hominum multitudo hac veſpera
totâ nocte propter continuas preſſur
& equitatus impetum excitabat ad
terribilem fremitum & ſtrepitum p
totam urbem Meaco, ut metueremu
ne tumultus oriretur. Namque mu
inter preſſuras defatigati adque terra
lapſi pedibus aliorum conculcabantu
alii ab immixtis turbæ nebulonib
trucidabantur & quidem propriis ſu
armis, nempe brevibus acinacibus, c

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

in turba illis evaginabantur latente autore.

Quidam itaque necati, multi vulnerati, alii ſuffocati. Etenim ſemel in terram detruſus non valebat ſe iterum erigere ſed conterebatur à turba. Sequenti die in platea conſpiciebantur multa corpora mortuorum partim virorum, partim fœminarum, partim puerorum.

Multi mariti non infimæ ſortis deſiderabant uxores ſuas, alii filias, quarum quædam ex urbibus Oſacca, Saccay & aliis vicinis locis venerant, & aliquæ harum ne poſt quatuordecim quidem dies repertæ ſunt: unde conjectura nata fuit plurimis, quaſdam ex illis à nobilibus Dynaſtarum tenuis fortunæ clanculum ſtupratas fuiſſe: quoniam hi nocte viſi fuerant nudi præter ventrem panno tenui tectum, in media turba, quod nequitiam illorum detexit. Meacenſis Magiſtratus magnam mercedem conſtituerunt ei, qui poſſet illos indicare: ſed quoniam à Magnatum miniſtris, ut ſuſpicio erat, patratum erat, nemo detectus eſt. Plurimis ſarcinæ & vaſa in preſſura ademta ſunt, quemadmodum Terroſeymondonne qui à ſecretis erat Dynaſtæ Firandenſi. Hic etſi oculis ſuis adſpectaret virum miniſtro ſuo adimentem ciſtulam è co-

rio (vocant Faſcombacque) pretii octo-
ginta florenorum circiter, impedire ta-
men id non poterat, quandoquidem
ſatis negotii habebat tenens haſtam
manu in defenſione corporis ſui. Qui-
buſdam equis venter ſcindebatur: lecti-
cæ, in quibus vel uxores vel nobiles
portabantur domum, à nebulonibus in
terram dejectæ ſunt, bajuli vulnerati,
inſidentes lecticis ſpoliati.

Nos quoque cum miniſtris noſtris
conferebamus nos in viam inter tur-
bas, quandoquidem admonebamur
quod in tabulatis non ſine vitæ pericu-
lo per noctem commorari poſſemus.
Itaque è duobus malis minus eligere
cogebamur. Cum in medio prementis
turbæ eſſemus, adeo, urgebar, ut per
integram plateam pede in terram haud
defixo deportarer à populo: tandem ta-
men omnes ſine aliquo damno (quo no-
mine omnipotenti Deo maximas agi-
mus gratias) devenimus in diverſorium
noſtrum, cum jam tenebricoſa nox eſſet.

Dayrus cum omnibus ſuis uxoribus
tres dies & noctes in palatio Cæſaris
commoratus eſt, ubi Cæſar ipſe & hu-
jus fratres ei miniſtrabant. Cura præ-
parandarum dapum pro Dayro deman-
data erat hiſce proceribus: Sugadonno
ſummus judex regni & metropolis

Me-

Meaci Iuocamoſamma Coberytotho nyſamma: Nacamoramocki emonſamma Mannoſabroye monſſamma. Singulis vicibus fercula centum & quadraginta apponebantur.

Præparandis verò cibis pro tribus primariis uxoribus Dayri, quæ in tribus primis carpentis vehebantur, præfecti erant hi proceres: Ouvvaydonne, ſupremus è Conſiliariis Cæſaris ſenis: Iuemondonne, Senator: Farimadonne: Quiniemondonne: Sioyſerodonne, & Chirotadonne.

Iunior Cæſar Dayro hæc dona obtulit.

1. Ter mille laminas argenti, ſingulas quatuor taylarum; quæ faciunt florenos tricies quater mille & ducentos.

2. Duos pretioſos acinaces inauratos & aureis laminis obductos.

3. Ducentas pulchras tunicas è ſerico juxta Iaponenſium morem.

4. Trecenta volumina ſerici panni.

5. Viginti ſerici crudi.

6. Fruſtum Calambacq, longum duas Ickios (unus Ickius æquat tres ulnas) craſſum unius ulnæ.

7. Quinque magni urcei argentei pleni Muſco.

8. Decem elegantes equi cum eis quæ ad equos pertinent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Idem Cæſar Secretario Dayri dona-
vit.

1. Trecentas laminas argenti.

2. Viginti Iaponenſes tunicas ex ſe-
rico.

Cæſar parens Dayrum his affec-
muneribus.

1. Ducentis Paris auri; ſingu-
æquant pretium quinquaginta quatuo-
argenteorum.

2. Centum tunicis ex ſerico, ſumt-
magno factis.

3. Duobus magnis argenteis oll-
melle plenis.

4. Quinque Cattis Calembacq.

5. Ducentis voluminibus rubri ſe-
rici.

6. Quinque ollis argenteis cum A-
muſquier.

7. Quinque elegantibus equis cum
neceſſariis rebus.

FINIS.

D E

DESCRIPTIO
REGNI SIAM,

PER

ODOCVM SCHOVTENIVM, *qui fuit in illo Director mercaturæ nomine Societatis Belgicæ Indiæ Orientalis, aliquot annis, & anno* MDCXXXVI *hæc ſcripſit Belgico ſermone.*

Tranſlata in Latinum

PER

BERNHARDVM VARENIVM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

DESCRIPTIO REGNI SIAM,

SIAM celebre regnum eſt & magnum, ſitum in Continente Aſiæ verſus polum ſeptentrionalem ab Æquatore, ubi circa decimum quartum gradum ab eodem Æquatore terminatur ad inclyta regna Pegu & Ava. Ab Occidente habet Sinum Bengalenſem à Martavan uſque ad ſeptimum gradum, ubi incipit verſus Auſtrum ſe extendere & adjacent illi regna Patany & Queda à Bengalenſi ſinu ad Patanenſem: dein verſus ſeptentrionem ſe extendunt littora uſque ad decimum tertium cum dimidio gradum.

Hic enim efficit ſinum Siamenſem, & deinde ad Auſtrum excurrit littus uſque ad duodecimum gradum, atque mare linquens verſus Ortum attingit deſerta Cambodiæ & regna Iangoniæ, Tangou & LangsIangh (retineo deditâ operâ verba autoris) uſque ad decimum octavum latitudinis gradum ad regna Avæ & Pegu: ita ut dimidiatam ſeu ſemiplenam Lunam regio hæc Siam referat, habens in circuitu non pauciora quàm 40 & 50 miliaria Germanica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

In diverſis quidem locis regio ha
montibus aſpera, fruticibus conſita &
in maritimis paludoſa exiſtit: plera
que tamen loca plana, terra argillacea
abundans variis ferarum & cicurum
animalium ſpeciebus, ut & avium in
terfluentibus hinc inde fluviis & rivis pi
ſcoſis. Circa littora ad Bengalenſe & Sia
menſe mare, multæ ſunt Inſulæ, ſinus
ſtationes navium, portus & flumina
quæ non tantùm parva ſed etiam ma
jora navigia admittunt, quemadmo
dum hæc ſatis jam cognita & mappi
quoque inſerta conſpiciuntur. Itaque
particulari deſcriptioni ſuper ſedebo &
paucis tantum annotabo pręcipui fluvi
conditiones & frequentatum omnium
maximè navibus peregrinorum portum

Fluvius hic (apud Siamenſes dicitur
Menam, quod in ipſorum lingua ſigni-
ficat Matrem aquarum) magnus eſt,
mediocris latitudinis, à longè remotis
locis huc decurrens: origo incolis inco-
gnita, fluens à Septentrione ad Auſtrum
celeri curſu per regna Avæ & Pegu &
diverſas provincias Siamis; tandem tri-
bus oſtiis in Siamenſe mare cum impe-
tu ruens: cum celeberrimo Gangete in
India & Nilo Ægypti in proprietatibus
convenit. Singulis annis ſemel exun-
dat propter copiam aquæ quatuor vel
quin-

uinque menſibus ſupra totam plani-
em regni, quæ exundatio incredibi-
m fertilitatem oryzæ gignit, ſimulque
rram inſectis & fœdis excrementis
rgat. Maximum ex tribus oſtiis ver-
s Orientem à reliquis duobus jacens
equenter à navibus petitur, jacetque
ter decimum tertium & quartum la-
udinis ſeptentrionalis gradum. In
nus Siamenſis interiori parte ſitus eſt
ansversè ante introitum pulvinus
ngitudine integri miliaris, ubi in abi-
maris, quinque vel ſex tantùm pe-
um aquæ profunditas eſt, ſed cum in-
emento maris maximo quindecim
l ſedecim pedum: in menſibus tamen
ptembri, Octobri, Novembri qui-
s fluvius ſe in terras effundit, ſolet ſe-
endecim vel octodecim pedum alti-
do maris inibi eſſe. Hoc evitato pul-
no duobus circiter à terra milliaribus
aximæ naves quæ portum intrare no-
nt, jactis anchoris ad quatuor, quin-
e vel ſex ulnarum profunditatem,
ndo argilloſo exiſtente conſiſtere poſ-
nt ſine periculo tempeſtatum: ſed
ibus fluvium navigare placet, illis
lvinus, de quo dictum eſt, ſuperandus
cum ſummo aquæ incremento, at-
e ſic ſine aliorum brevium obſtaculo
que ad oppidum Banckock (ſex mil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

liaribus ab oſtio fluvii remotum) v
faciunt : ſupra hoc oppidum fit ang
ſtior fluvii alveus & pluribus pulvin
inprimis tribus magnis infamis, qu
tamen tranſmittere poſſunt navibu
quæ non profundius , quàm undec
vel duodecim pedibus in aqua mergu
tur , atque hæ quinque vel ſex dieb
urbem primariam , dictam India , q
viginti quatuor milliaribus ab oſtio fl
vii diſtat , attingunt : menſibus tam
Septembri , Octobri & Novembri pr
pter fluvii contrarium impetum ad i
hoc conficiendum requirerentur t
vel etiam quatuor hebdomades.

Regnum in omnibus regionibus i
colarum multitudine gaudet , aliæ t
men aliis provinciis magis , præcip
circa fluvios & in planis locis,ubi m
tæ urbes,pagique extructi ſunt,quoru
magnus numerus vix cognoſci dat
Præcipuæ urbes ſunt, India, Picelou
Sourckelouck , Caphengh , Soucetha
Kephinpet, Conſeyvvan , Putſyay, I
ſidi Lydure, Tenou, Mormelon, Ma
tenago, Lygor, Bordelong, Tannaſſa
Bankock, Piipry, Rapry, Mergy, & m
tæ aliæ , quarum quælibet ſingular
provinciarum eſt metropolis , ubi g
bernationis ſedes & dicaſterium con
tutum eſt. Præter haſce per totum
gn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

num hinc inde multæ ſunt urbes, pagi
populo abundantia loca, quæ omnia
c enumerare ſupervacaneum fuerit.
Vrbs India, quæ eſt totius regni me-
opolis & ubi aula Regis eſt, atque
oceres Regni, Præfecti & nobiles pri-
arii habitant, ſita eſt in parva rotun-
Inſula ad fluvium Menam, habens
ca ſe ex omni plaga campos fertiles
planitiem. Inſula illa in circuitu (qui
duorum milliarium Belgicorum cir-
er) mœnibus craſſis ex lapide factis
cta eſt, continetque ipſam urbem,
ca quam ultra fluvium ex adverſa
rte oppida, templa atque cœnobia
ificata ſunt, quæ non minus atque
a urbs incoluntur. Plateæ urbis ali-
æ quidem longæ, latæ directimque
xtendentes, foſſis intercurrentibus:
maximus numerus angiportorum,
rvarum foſſarum, crepidinum, ſine
qua diſpoſitione ſed confuſè jacen-
m. In exundatione fluvii ferè ad
nes domos in pleriſque plateis com-
dè naviculis itur, quarum incredibi-
hic ſuppetit copia, ſtructura ædium
ta Indiæ conſuetudinem haud ope-
a eſt, pleræque cæmentitiis tegulis
tæ. Sed urbem exornant pulcherri-
templa & cœnobia numero plura
am trecenta, omnia articioſiſſimè
extru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

extructa cum multis deauratis turri
bus, pyramidibus & incredibili copi
Imaginum. Præterea decus urbi addi
egregium Regis magna & ſplendid
arx ſive palatium multis turribus &
ſumtuoſis deauratis ædificiis maxim
artificio ad ripam fluvii jacens, & pe
culiarem urbem referens. Imo hæ
urbs adeò elegans, commodo ſitu gau
dens, annonâ abundans & omniu
nationum incolis referta eſt, ut in to
India nullus Rex ſimilem poſſidea
quod ego quidem ſciam. Munitam ſa
tis eam & inexpugnabilem reddit na
tura loci & ſitus: neque ab hoſte lon
giori quàm ſex menſium ſpatio pote
obſideri, quandoquidem exundat
fluvii ad ſolvendam obſidionem & a
relinquendam planitiem adigeret.

De Regimine.

Regimen atque Majeſtas Regni Sia
eſt penes Regem antiquæ valdè
nobiliſſimæ ſtirpis, quæ hoc regnu
& alias adjacentes regiones multis ſ
culis obtinuerunt. Abſolutum hab
in omnes imperium, liberamque pot
ſtatem belli paciſque inſtituendæ, fo
derum, pœnarum, condonationum
omnium ad regni adminiſtrationem
ſubditos pertinentium. Leges fert a
qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

que ſtatuta pro arbitrio haud rogato conſenſu Procerum vel civitatum & ſine alicujus conſilio, niſi proprio inſtinctu id faciat, conſultum exiſtimans adhibere aliquos ad conſultationem vel eorum ſententias ſuper aliqua re exquirere. Plerumque autem, ut veteri more receptum eſt, Magnates, (dicti *Mandorini*, Cæſaris Conſiliarii) in cauſis magni momenti deliberant & de propoſitis à Regia Majeſtate petunt ab aliis Dynaſtis judicia ſive conſilia: quibus acceptis, Conſiliarii ſententiam ferunt ſeu conſultationem concludunt, atque Regi ſententiam formâ ſupplicationis exhibent: Rex pro arbitrio ſuo ea vel rata vel irrita eſſe jubet, mutatve, ea conſtituens, quæ ad Regni ſalutem magis facere judicaverit.

De Officiis & Dignitate.

OFficia atque, munera Regni, ut etiam gradus dignitatis diſtribuit Rex, prout viſum fuerit & faverit, non habens rationem nobilitatis vel vilitatis generis, ſed illis qui vel id meriti ſunt diligentiâ atque ſervitiorum promtitudine, vel à quibus Rex ſibi talia promittit. Levia quoque ob delicta eis adimit dignitatem atque ad vilem & contem-

tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

tam conditionem redigit ita ut omn
ſubditi *mancipia Regis* ſint, quod no
men etiam tanquam egregium titulu
Magnates primi ordinis honori ſibi du
cunt. Itaque Rex non tantum nomi
ſed reipſa Caput eſt & Majeſtas toti
Regni, in vitam atque bona vaſalle
rum poteſtatem habens, & tales leg
ferens, quas ſaluti ſtatus ſui inſervi
putaverit. Quæ omnia tamen ita ag
ut æquitatem obſervare videatur, a
antiquas Regni leges & ſtatuta reſp
ciens, quæ olim tam in politicis qua
Eccleſiaſticis cauſis conſtituta ſunt
literis conſignata; etſi ſingula hæc R
abſoluto ſuo imperio atque autorita
pro libidine flectere, immutare & i
terpretari poſſit.

Magnificentia Regis.

Pompa faſtuſque Regis ad mirac
lum uſque ingens eſt, ſplendore
ſuperbia maximâ, miniſtrorum tur
magna. Raro ſe populo videndum pr
bet, neque crebro ipſis Magnatibus
Peæfectis Regni, quos ad certos & c
ctos dies in diverſis œcis & aulis pal
tii apertis ſeu ſubdialibus admit
ſplendidiſſime veſtitus, Regio Diad
mate caput cinctus, inſidens magnifi
deaurato throno. Ad pedes illius mu

nobi

nobiles , aulici & armati ſatellites in genua procumbunt : aſſiſtunt trecenti armati viri cohortis prætorianæ. Admiſſi ad Regem tam indigenæ quam exteri , quamdiu ibi commorantur, genibus inſidere manibuſque complicatis & capite ad terram demiſſo reverentiam ſuam erga Majeſtatem teſtari debent: verbis ad eum faciendis multæ ſolennes cæremoniæ, ſuperbi tituli & adulatoria præconia præmittuntur. Reſponſa non minoris quàm ſi Oracula eſſent cenſentur æſtimationis , & mandata accuratè nulla immutatione expediuntur : ita ut feliciſſimus & fortunatus ipſe vivat (ut homines quidem vulgo felicitatem æſtimant) & in omni voluptatum genere; per totum regnum hinc inde multa ſplendida palatia obtinet , amœna loca, & pavones ad delectationem.

Præter Reginam ſive primariam uxorem, magnum alit pellicum numerum, quæ omnes ex nobiliſſimis & pulcherrimis puellis totius regni ſelectæ ſunt.

Cibis veſcitur delicatiſſimis ; ſed potus tenuis præbetur , aquâ nimirum vel liquore ex nucibus , quas cocos vocant in India. Etenim potu liquoris acris ſeu temeti tam Eccleſiaſticâ quam politicâ lege interdictum eſt Magnatibus & ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

gno vertitur vitio ſi quis in hoc pecca-
verit.

In fluvio præterlabente arcem R[illegible]
ſæpe vehitur octo vel decem elegantiſſi-
mis & pretioſis naviculis, quarum ſin-
gulæ octoginta vel centum remigibu[s]
propelluntur: Rex in ſplendidiſſim[a]
ſedet, ſub deaurato throno cinctus mu[l-]
tis aulicis; reliquæ naves occupantur
comitatu & cohorte prætoriana tr[e-]
centorum vel quadringentorum mil[i-]
tum: plerumque præter hunc comit[a-]
tum adſunt etiam Magnates multi, ſin-
guli propriis naviculis ſub deaurat[is]
domunculis ſedentes, ita ut comit[a-]
tus integer Rege in fluvio navigante ſ[it]
mille ducentorum vel etiam quinge[n-]
torum hominum.

Quemadmodum etiam, ſi Rex terr[e-]
ſtri itinere extra palatium ſe proferat,
præter aulicos, ſatellites, prætorian[os]
milites, equites, & Elephantes com[i-]
tantur eum multi Proceres ſedentes [in]
deaurato ſedili quod humeris bajul[o-]
rum ſuſtinetur, ita ut comitatus ſ[it]
nongentorum circiter virorum.

Et in hiſce proceſſionibus obſerv[a-]
tur decens ordo, ſilentium ſummum,
pompa maxima: neque quiſquam vi[â]
quâ Rex iter facit, conſpicitur qui n[on]
complicatis manibus, capite & to[to]

co[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

corpore in terram procumbat, ita ut hæc reverentia potius ſuperſtitioſum divinum cultum quàm Regiam obſervantiam teſtetur.

Mos eſt ab antiquis temporibus derivatus, ut Rex Siamenſis ſingulis annis circa menſem Octobrem cum ſumma magnificentia & pompa populo ſe conſpiciendum præbeat in ſalo & ſolo, habitu triumphantis, comitantibus eum Proceribus, nobilibus & Præfectis totius Regni ſplendidiſſimè veſtitis. Templa quoque Deorum hoc die Rex viſitat vota faciens atque multa donaria offerens pro ſalute & incolumitate tam ſuipſius quàm totius regni. Hæc pompa fieri conſuevit hoc pacto: Primo incedunt ordine à palatio Cæſaris ad primarium templum ducenti circiter elephantes, ſingulis inſident tres viri armati: hoſce inſequuntur multi muſici Gommis, fiſtulis & tympanis inſtructi, & ſimul mille viri egregiè armati & multis clypeis ornati. Succedunt ordine decenti omnes ferè Proceres regni equis vecti, quorum quidam aureo diademate ſplendent, ſingulorum comitatus ſexaginta, octoginta vel centum virorum pedibus incedentium: poſt hoſce ducenti circiter Iaponenſes milites pulchris armis & vexil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

lis, cumque variorum Inſtrumentorum Muſica, Cohors prætoria Regis, equi & elephantes auro & gemmis fulgent: quos ſequuntur multi miniſtri aulici onerati frugibus & donis offerendis in templis, ſimulque gratiſſima Muſica. Hiſce ſuccedunt multi Magnates manibus complicatis, & quidam diademate caput cincti Domini, quorum unus Regium inauratum vexillum, & alius aureum gladium Iuſtitiæ portat. Tunc inſequitur Regia Majeſtas ſedens Regio habitu ſuper elegantem elephantem ſub aureo throno, qui bajulorum humeris fertur: ſtipant ex omni plaga multi Dynaſtæ & aulici. Poſt hunc Princeps ſive regni hæres cum aulicis ſuis: tunc Regis uxores & pellices incluſæ domunculis (quæ ab elephantis portantur) cum gynæceo. Agmen claudunt aulici magno numero & ſexcenti armati. Computatis autem omnibus in hoc Comitatu deprehenditur is continere quindecim vel ſedecim hominum millia.

Sed in aquis pompa ita peragitur. Primò, ducenti circiter Magnates, ſinguli ſedentes in ſingulis deauratis domunculis in eleganti navicula cum ſexaginta vel octoginta remigibus.

Inſequuntur quatuor naviculæ cum

muſica varii generis. Quinquaginta item naviculæ Regis ad oſtentationem, cum domunculis inauratis & picturâ exornatis, inſtructæ octoginta vel nonaginta remigibus.

Poſtea decem admodum pretioſæ & artificioſæ naviculæ, quæ totæ ſicut & remi inaurati erant, remiges ſingulis nonaginta vel centum. In harum pulcherrima ſedet Rex tanquam Idolum ſub inaurato throno, cujus pedes à multis Magnatibus ſedentibus cum reverentiæ ſpecie cinguntur, in puppi ſedet quidam Dynaſta manibus tenens Regium clypeum inauratum. Sequitur Princeps, Regis frater cum aula ſua ſub inauratis domunculis & ſericis tabernaculis: dein uxores Regis ſingulæ in ſingulis naviculis cum gynæceo. Tandem multæ naviculæ vehunt aulicos & nobiles; ita ut pompa hæc naviculas quadringentas & quinquaginta circiter, nec pauciores quàm viginti quinque vel etiam triginta millia hominum complectatur.

Ripa fluvii ab utroque latere, ubi hæc proceſſio inſtituitur naviculis & innumerabili hominum turba occupata eſt, qui Regem capite inclinato & manibus complicatis venerantur quàm humillimè & ſummâ ſubmiſſione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Reditus.

REditus annui Regis ampli ſun
aſcendentes ad aliquot millione
florenorum. Præbent eos præcipu
Oryza, cujus hæc regio perquam ferti
lis eſt: item ſtannum, plumbum, ni
trum &c. Hæc enim omnia ſolus Re
per ſuos miniſtros (*factores* vocant) ex
teris vendit mercatoribus: Aurum iten
partim ex arena collectum, partim
montibus effoſſum. Accedunt vectiga
lia è mercibus exterorum, donaria, tri
buta vicinorum Principum Regis va
ſallorum, Gubernatorum in Provinci
& civitatibus: quibus ſingulis certur
annuum vectigal ſolvendum eſt. Præ
ter hæc magnum lucrum facit Rex e
mercatura, quam magnâ expenſa pecu
niâ exercet ad Coromandelii littor
regna & ad Chinam, ut etiam in pro
prio ſuo regno: in quem finem diverſa
rationarias tabernas (*comptore*) in u
be India & aliis urbibus inſtituit ibi u
lucrum annuum ſit bis mille Cattorun
argenteorum (eſt Siamenſis ponder
genus) hoc eſt ferè centies mille Impe
rialium. Ex quibus clarè elucet, quo
Rex Siamenſis ſit ex ditiſſimis Indi
Regibus. Ad colligendos hoſce reditu
conſtituti ſunt aliquot Quæſtores à R

g

ge, qui quotannis rationem reddere tenentur. Expenduntur autem collectæ pecuniæ maxima ex parte ad ædificandas vel reſtaurandas Deorum ædes; Item ad remunerandos fideles miniſtros & ad alia neceſſaria regni negotia atque aulam Regiam. Reliqua reconditur in gazophylacio, in quo fertur, neque id ſine veriſimili conjectura, magnum theſaurum habere collectum.

De Succeſſione.

Leges & conſtitutiones Regni in ſucceſſione mortui Regis ſingularem quidem ſed conſtantem modum præſcribunt, nempe ut defuncto Rege frater natu major evehatur ad regnum: qui ſi nullus ſit, filius natu maximus obtineat; & poſt hunc fratres ejus ordine ætatis, donec horum nemo ſit amplius ſuperſtes. Tunc demum filii fratris, qui primò regnavit, eodem ordine regnum adipiſcuntur. Filiæ autem excluſæ ſunt à ſucceſſione Regia. Atque hanc ob cauſam Regia familia difficulter poteſt intermori. Conſtitutio autem hæc raro obſervatur, arripiente & vindicante ſibi imperium potentiſſimo in Regia familia, quemadmodum Rex in præſentia regnans (anno M D XXXVI) fecit, qui ad ſtabiliendam Regni poſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

ſeſſionem reliquos competitorés & Principes Regiæ ſtirpis cum omnibus aſſeclis necavit , ut quieto imperio frueretur , regnumque fratribus vel liberis ſecurus relinquere poſſet.

De Iudiciis.

IVſtitiæ civilis & criminalis munera toto Regno adminiſtrantur per conſtitutos à Cæſare Præfectos juxta antiquas conſuetudines & deſcriptas leges: ſed in Regia urbe, India , præter ordinariorum Iudicum diverſos conſeſſus, aliud quoddam eſt collegium conſtans duodecim Senatoribus & uno Præſide ad ultimas ſententias ferendas ubi omnes lites & cauſæ ſive per appellationem ſive primâ inſtantia ad illud delatæ ſint , deciduntur per definitivum Reſponſum , neque de hoc appellare licet ad aliud , ſed ad Regem ipſum, magnis tamen ſumtibus , vel ad conſtitutos à Rege Conſiliarios, qui tamen plerumque Collegii ſententiam tum confirmant , & exequi promtè curant.

Iudiciis itaque inferioribus ſive ordinariis per Advocatos & Procuratores proponuntur in civili cauſa accuſationes & defenſiones litigantium , idque vel oretenus vel ſcriptis , teſtes producuntur & examinantur ut & reus ; tunc

præ-

præcipua capita accuſationis & defenſionis (*ſubſtantialia* vulgò vocant) à Secretario in librum adverſariorum ſeu Protocollum, ut appellatur, referuntur eaque litigantium vel plenipotentiariorum manu ſubſignantur & ſigillis muniuntur, donec in proximo Conſeſſu judicibus exhibeantur: tunc rurſus in præſentia litigantium libri aperiuntur, diſputationes audiuntur & capita annotantur, factâque ſubſcriptione ut antea, ſigilla imprimuntur: ita ut propter multas protractiones, exceptiones, fraudes & judicum ſegnitiem lites diu pendeant cum magno litigantium damno ſine latâ ſententiâ: quæ tandem, poſt multas & crebras ſollicitationes toti Collegio proponuntur, libriſque apertis & re examinatâ definitiva ſententia ab eo pronunciatur. Sed in criminalibus quæſtionibus, ut ſunt injuriæ, furta, neces, proditiones aliaque delicta reus ſive de quo ſuſpicio eſt, poſt publicam probationem, vel ſufficientia indicia à Prætore apprehenditur & arctæ cuſtodiæ includitur. Deinde accuſatur & accuratè per judices examinatur, defenſio ipſi conceditur: ſi neget factum, ubi indicia tamen gravia ſunt, per torturam ad Confeſſionem adigitur, omnia diligenter annotantur in libro,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

& deinde toti collegio judicium prælegitur, qui ſine mora ſententiam dicunt & judicatum exequi curant, exceptis capitalibus & morte puniendis criminibus, in quibus executio defertur ad Regis placitum, qui capite damnatos vel abſolvit vel perpetuo carceri mancipat vel juxta latam à judicibus ſententiam puniri mandat, prout animus ejus ad rigorem vel miſericordiam deflexerit.

Plerunque criminalia delicta pro magnitudine eorum puniuntur, ut mulctâ, deportatione ab officio, exilio vel deportatione in loca deſerta, mancipatione, confiſcatione bonorum, curtatione & mutilatione manuum & pedum, uſtionibus ſeu toſtionibus in oleo, quadripartitione, & aliis ſeveris animadverſionibus, atque damnatorum bona in regium fiſcum rediguntur.

Modus in Cauſis Dubiis.

IN cauſis tam criminalibus quàm civilibus, ſi res dubia ſit nec ſatis liqueat, nimirum deficientibus indiciis, ita ut judices ſententiam in neutram partem facilè ferre poſſint, licitum eſt litigantibus vel reo, (impetrato conſenſu judicum) aliis modis innocentiam vel cauſæ æquitatem probare, nempe de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

emerſione in aquas, manuum in fer-
ens oleum immiſſione, ambulatione
er medium ignem factá nudis pedi-
us, vel etiam manducatione oryzæ
onglobatæ dīris imprecationibus infe-
tæ: atque hæc & ſimilia coram judici-
us & populo in publico loco peragun-
ur per ipſos litigantes vel horum Ple-
ipotentiarios. Demerſio in aquas fit
oc modo: Infixi ſunt duo baculi fun-
o aquæ, horum ope demittunt ſe ad
pſum fundum eodem tempore: is qui
ongiori ſpatio durat infra aquas, ſeriuſ-
ue redit ad ſuperficiem, abſolvitur ſi-
e cauſam obtinet.

Ita, qui manibus in fervens oleum im-
iſſis nihil vel minus quàm alter ambu-
as extraxerit: vel qui tribus vicibus,
uatuor vel quinque paſſus per canden-
es prunas fecerit inviolatus (ne autem
uperficiariè tantum eas attingere cone-
ur, ab utroque latere aſſiſtit unus, qui
umeros euntis deprimat.) Sed maſ-
m oryzæ, exorciſmis imprægnatam,
on ſine multis ritibus & cæremoniis,
acerdotes exhibent litigantibus come-
endam: qui ſine vomitu eam deglutire
oteſt, cauſam obtinet: pro quo etiam
dices purgatione hac cognitâ ſtatim
ntentiam dicunt & abſolvunt, iſque
amicis cum ovatione domum dedu-
citur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

citur. Improbus autem actor, vel qu
factum negaverit in criminalibus cau
ſis, capitali pœna afficitur: ſed in civ
libus quæſtionibus mulctatur vel a
carceres condemnatur.

De Re Militari.

EXercitus Regis & copiæ tam terre
ſtres quàm navales conſtant max
ma ex parte ex Vaſallis & regni indige
genis cum paucis exteris, ut Africani
Malacenſibus aliiſque parvo numerc
inter quos præcipui ſunt quingenti v
ſexcenti Iaponenſes, qui à circumja
centibus populis propter fortitudin
famam in mira ſunt æſtimatione, &
Siamenſibus Regibus in magno hono
re habiti: ſed Rex, qui jam regnat, me
tuens ne quid aliquando ambitioſiu
attentarent, illos partim necavit, par
tim regno expulit: poſtea tamen Reg
connivente iterum irrepſerunt. Itaqu
vires atque robur ejus conſiſtit in Si
menſibus (præter paucos exteros) qu
quovis tempore ad Regis mandatu
ſine aliquo ſtipendio ad bellum arma
ire tenentur. Colligitur autem exerc
tus ex omnibus provinciis pro magn
tudine belli, inſtituto delectu unit
ex centum vel ex quinquaginta, v
decem vel ex quinque, qui inter Præf

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

tos diviſi cum Rege vel hujus Duce
ficario in bellum deſcendunt. Magna-
es quoque communiter aliquot mili-
um centurias alunt, qui in bellum pro-
ectos Dominos comitantur: ita ut Rex
acile aliquot centena millia militum in
ciem producere queat, cum bis vel ter
nille Elephantis (pugnare doctis & an-
onæ impedimentorum atque tormen-
orum cuſtodibus,) ſed rarò exercitus
lures, quàm centum millia militum
abet, plerunque viginti modò millia
el triginta quadraginta, quinquagin-
a ſufficiunt habitâ ratione defenſionis
el expeditionum in hoſtes. Pedites in
ertas cohortes diviſi ordine utcunque
ono, ſed arcu, ſagittis, clypeis, gladiis,
aſtis non ſatis armati, pauciores ſclo-
etis inſtructi. Equites haud magis ar-
nati, ſed tantum gladiis, clypeis, arcu
t lanea. Maximum exercitus robur eſt
n aliquot centuriis elephantum, quo-
um ſingulis tres armati viri inſident.
ormenta quidem multa illis ſuppe-
unt ſed uti illis haud quaquam nôrunt.
Ad bella mari gerenda Rex confectas
abet multas naves actuarias & trire-
nes, qui tormentis quidem idoneis, ſed
mperitis nautis, nec peritioribus mili-
ibus inſtructæ ſunt. Navium minoris
ormæ, quarum uſus in fluviis eſſe poſ-
ſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

ſit, incredibilem poſſidet numerum, at
que hiſce Siamenſes perite ſatis uti cal
lent: ſed omnes laborant defectu inſtru
mentorum bellicorum, neque contr
Europæos ſe valent tueri. Sed quia vi
cinæ ipſis gentes haudquaquam peri
tiores vel fortiores ſed potius magis in
validæ & minus armis inſtructæ, poſ
ſunt Siamenſes cum illis in pugnar
deſcendere, victorias obtinere & pro
vincias expugnare, quemadmodur
tempore Regum, qui belli ſtudiis fla
grabant, ſæpiuſcule contigit. Hi enir
ſeverâ diſciplinâ & magnâ autoritat
ſubditos ſuos (quibus natura imbellen
mitemque & timidum animum dedit
militiæ ſatis aptos & commodos reddi
derunt. Vnde factum, ut Rex Siamen
ſis quondam devictis & ſub jugum re
dactis vicinis regnis quaſi Cæſar & Im
perator & Monarcha multorum regno
rum fuerit: ſed quando Reges magis pa
cis quàm belli amantes erant, gente
illæ rurſus deſciverunt, donec ab alii
bellicoſis Regibus iterum ad Imperiun
adjuncti.

Iam olim inter Reges Peguanum &
Siamenſem bella multa geſta ſunt cun
magno detrimento eam inprimis o
cauſam, quod ſinguli, præcipuè Re
Peguanus & Avanus, Monarchiam i
ad

adjacentia regna ſibi vindicarent: & quædam eorum in hunc uſque diem tenent, unde in finibus, horum regnorum vaſti campi deſerti & efferati jacent, & ipſi Reges jam à multis annis non juſto bello, ſed irruptionibus tantum ſe mutuo invaſerint: ad quas inhibendas vel etiam in alios attentandas ſingulis annis in regno Siamis exercitus viginti vel triginta millium militum colligitur & ad fines regni mittitur.

Contra alios quoque Reges, ut Iangomenſem, Tangouenſem, Langsjangenſem alioſque vicinos olim bella geſta fuêre propter diverſas controverſias & Dominiorum poſſeſſiones: & ultimum quidem contra regem Cambodię, qui cum eſſet vaſallus Regis Siamenſis. rebellionem fecit, ob quam à Rege bello impetitus fortiter à ſe vim hoſtilem repulit ſeque defendit. Ab eo tempore Regno pace frui datum eſt uſque dum Rex nuper defunctus, hujus in præſentia regnantis anteceſſor legitimum regni hæredem expulit & necari juſſit, ita ut filius ejus contra morem & leges ſuccederet, & tandem cum fratribus ſuis & omnibus Principibus de regia ſtirpe interfectus eſt, manente Regni Majeſtate penes unum de ſanguine regio, qui poſt aliquot inteſtina & cum

exte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

exteris bella, in præſentia ſine impedi-
mento tranquillè regnat idque magn
ſubditorum reverentia & obedienti
cum Avano tamen, Peguano & rebe
Cambadienſi Rege bella à prædeceſſo-
ribus incepta continuans.

Regis erga exteros Benevolentia.

REx in præſentia regnans, (quem-
admodum & plurimi ex eis qui an-
te hunc fuêre, fecerunt) fovet atqu
favet exteris Nationibus: Belgas majo
quàm Luſitanos proſequitur benevo-
lentiâ, quæ in hujus Regis Anteceſſor
tanta fuit, ut, cum Anno MDCXXI
Hiſpani Hollandicam celocem ſeu l
burnicam in fluvio Regni Siamenſis ra
puiſſent, Rex ulciſci hanc *Hiſpanorum*
rapinam in ſuo regno cupiens, Hiſpani
cam auctuariam navem, cujus Præfe-
ctus erat Don Fernando de Siliva, vi at-
que armis expugnari juſſerit, atque in
raptores pro meritis animadverterit
Societati Belgiæ reſtituens liburnicam
& bona quæ in ea fuerant. Sed hanc
ob vindictam Hiſpanos in Philippini
Inſulis dominantes infeſtas ſibi reddi
dit & hoſtes, qui naves illius ad Chinam
navigantes vel inde redeuntes ademe-
runt, unde magnum damnum paſſu
eſt

t: quo nomine Belgæ Regiæ Majeſtati
uſque Regno obligati erant, quod et-
m anno M D XXXIV miſſis ei ſex bel-
is navibus ad ſubſidium contra re-
lles Patanenſes compensârunt.

De Elephantis.

Er totum regnum Regi aluntur tria millia cicurum Elephantum & plu-s, quorum ſinguli à duobus vel tri-s viris curantur, qui eis cibum præ-nt, quotidie lavant & purgant atque illis non minima pars Regiarum vi-um conſiſtit, quandoquidem hæc ani-alia maximi in India æſtimantur & iquot eorum centuriæ ad pugnam llicam exercitatæ ſunt: reliqui tam ares quàm fœminæ portandis aut tra-ndis tormentis, tabernaculis, impe-mentis & annona pro militibus in-rviunt. Elephantes hi valde magni, buſti, agiles atque intelligentes ſunt: piuntur autem in diverſis regni locis odo ſequenti & cicurantur. Armen-m quindecim vel etiam viginti cicu-m elephantum fœminarum (quæ nnes in primis ætatis annis captæ nt) cum tribus vel quatuor paſtoribus ve cuſtódibus ducuntur in eremum u ſylveſtria. Hic illis unus vel plures domiti elephantes ſe aſſociant, atque

cum

cum toto armento ad locum quadrat
figuræ propelluntur, qui mœnibus la
pideo opere ad inſignem altitudinem
cinctus extrinſecus arboribus conſitu
partim palis. Huc aguntur elephante
donec paulatim per duos palos tranſie
rint, ubi repagulum verſatile (*Draey*
boom) eſt: ſimul ac tranſierint, repagu
lum clauditur, deinde per portam ali
quam in quadratam illam planitien
muro cinctam perveniunt: porta ſtatin
clauſa duplici obice munitur. In ad
verſo latere mœnium duæ portæ ſun
per quas cicures elephanti paulatin
tranſeunt ita ut ſylveſtres ſoli relin
quantur. Quadrata hæc planities per
ticæ unius à muro diſtantia, craſſis pal
& altis duas ulnas circumdata eſt, reli
cto inter binos palos eo intervallo, ut v
ro per illud tranſitus haud difficilis ſi
In media planitie parvus quidam locu
itidem quadrato circuitu palis cinctu
eodem, quo antea dictum eſt mod
Iuxta hanc ſtructuram domuncu
quædam & ſedile paratum eſt pro R
ge, & pergula vel xyſtus pro Nobil
bus, ex quibus locis exagitationes a
capturas horum animalium tanquam
jucundum ſpectaculum contemplan
tur. Etenim feræ multis variiſque i
ritationibus & vexationibus furore pe

cit

citæ conantur celeri curſu hinc inde ſe convertentes exagitatores ſeu provocatores apprehendere, ſed hi impetum eorum effugiunt abſcondentes ſe poſt palos: elephantes fruſtra illos tranſilire tentant. Tandem ubi laſſi fuerint, theatri porta una aperitur per quam intrantes repagulis ab anteriori & poſteriori parte objectis ſiſtuntur & tribus vel quatuor manſuetis elephantis alligantur: inde ſub tectum aliquod ducuntur, ubi ad transverſas trabes funibus ventrim ſubjectis & trabibus alligatis in altum trahuntur ut ita dimidio corpore pendentes per aliquot dies relinquantur: dein ſpatio trium vel quatuor menſium beneficio & converſatione manſuetorum elephantum & ipſi feritatem deponunt omnino & ad ſervitia apti fiunt. Interdum in patenti campo ſylveſtres elephantes cinguntur manſuetis elephantis & circumjectis circa pedes eorum funibus capiuntur, quod tamen rarò ſine pugna perficitur.

Hiſce modis elephantes in regno Siam & vicinis locis capiuntur: ex quibus manifeſtum eſt, quam falsò multi Scriptores de hac re edocti ſint (qui alium ſed fabuloſum modum capturæ elephantum deſcripſerunt.)

In unico regno Siam neque in alia

hactenus cognitâ regione capitur interdum Elephas albi coloris, qui tanquam naturæ miraculum ab omnibus Indis, ſed inprimis à Siamenſibus & horum vicinis Rex Elephantum eſſe cenſetur. Reges Siamenſes ſæpius talem in aula ſua nutrierunt, cui tanquam princip domicilium præparatum, ipſe exornatus veſtitu, miniſtri additi, ipſe magnifice habitus & à Regibus frequenter viſitatus, à vaſallis Regis honoratus, cibi & potus ex vaſis aureis dati. Hujus albi elephantis causâ olim bella geſta ſunt contra regem Siamis & ultimum quidem, ante ſexaginta circiter annos cum Rege Peguano, qui non ſolum eo bello victoriam obtinens elephantem ademit, ſed etiam Siamenſem Regem ſibi tributarium reddidit, ſed hoc jugum ſucceſſores in regno Siamenſi abjecerunt, & egregiè contra Peguanum ſe defenderunt. Primis annis meæ in hoc regno commorationis Regi eo tempore regnanti adeo favit fortuna ut duos albos elephantes adhuc juvencos ceperit, qui ambo non diu poſtea mortui ſunt, unde ipſe magnâ ſollicitudine affectus eſt. Gentes hæ exiſtimant, quod præter regiam dignitatem hæc animalia etiam divinitatis participes ſint, de quo multas fabulas narrant. Ajunt

enim

enim ſe illos non tam propter albedinem colere quàm propter ſupernaturalem intelligentiam, cum magnificentiam & regalem vitam ament, contra triſtes & melancholici fiant, ſi ea denegetur nec à reliquis elephantis reverentiâ præſtetur: quod etſi fabuloſum & merum mendacium videatur: tamen Siamenſes longâ experientia edocti pro certo illud habent.

De Moribus, Veſtitu, Ædificiis.

SIamenſes corpore ſunt membris aptã proportione ſibi invicem reſpondentibus, fuſco colore, medio nempe inter flavum & nigrum: In militia parum valent: ſed ſævi & crudeles erga devictos hoſtes: faſtuoſa & ſuperba facie: ſed in civili converſatione modeſti, levitas illis inſignis ineſt, meticuloſi, ſimulatores, diffidentes omnibus, infideles, fallaces & valdè mendaces. Præterea viri ſegnitie & pigritia laborant, ut eam ob cauſam uxores (quæ corpore robuſto & mediæ ſunt pulchritudinis) maximam laborum partem tam in agricultura quàm aliis negotiis adjutæ mancipiis exantlare cogantur (contra aliarum gentium conſuetudinem) familiamque alere: mariti verò plurimi

aulicis tantum vel bellicis negotiis vacant, in deſidia & otio omne ferè tempus pro libidine conſumunt.

Amictu utuntur tam viri quàm fœminæ, levi propter æſtum regionis: ventrem picta veſte amiciunt: thoracem viri obtegunt induſio brevi dimidiatis brachialibus, fœminæ verò ſubtili veſte, cujus extremitates ex humeris dependent ita ut mammæ tegantur illâ.

Ad ornatum geſtant aureum ſtilum in crinibus, ex auro itidem annulos in digitis. Hæc pleriſque communia tam divitibus quàm pauperibus, ita ut in veſtitu nulla differentia ſit præterquam in pretio ejus: ſed divites & potentiores facile cognoſcuntur ex comitatu & miniſtris, in quorum multitudine præcipuè ſuperbiunt ſeque oſtentant.

Cives mediæ ſortis ut & earum uxores incedunt uno vel altero mancipio ſubſequente: opulenti & potentiores pluribus pro conditione opum: inprimis Dynaſtæ, nobiles & magnates, quorum comitatus decem, viginti, triginta vel plures miniſtros complectitur.

Ædes eorum juxta Indiæ conſuetudinem ex ligno & arundine ſine magno artificio exſtructæ ſunt, tegulis vel foliis arboris CoccIferæ tectæ, pavimentum tribus vel quatuor pedibus extat ſupra

fun-

fundum feneſtellæ quædam additæ, pauca ſuppellex. nihil ferè præter ea, quæ ad dormiendum, coquendum & ciborum uſum requiruntur.

Lateres, calx, ligna & omnia ad ſtructuram caſtellorum, templorum, domiciliorum, navium, &c. requiſita reperiuntur hîc in magna abundantia.

Cibus tenuis & parum delicatus, oryza nempe, piſces & herbæ: potus pleriſque aqua. Diebus tamen feſtis cuticulam curant, quibus etiam vulgus vinum aduſtum (quod in India & adjacentibus Inſulis vocatur *Arack*, vocabulo jam Belgis ſatis cognito) ad ebrietatem uſque haurit.

De Conjugio.

IN matrimoniis contrahendis diverſas uſurpant conſuetudines. Namque Dynaſtarum nobilium & opulentiorum conjugia conſenſu vel amicorum parentum & factâ promiſſione certorum bonorum ab utraque parte ineuntur & rata eſſe jubentur ſine ritibus aut cæremoniis eccleſiaſticis, confirmantur tamen nuptiis & feſtivitatibus. Poteſtas illis quovis tempore ob certas cauſas, factâ diviſione opum & liberorum, divortium facere, atque aliud conjugium petere, idque ſine ulla infamia vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

animadverſione Magiſtratus, niſi forte divortium nullas legitimas cauſas habeat.

Præter uxorem licet viro ſine alicujus conſenſus petitione tot pellices alere domi, quot libido ejus appetit, ſed hæ uxori primariæ obedientiam præſtare tenentur, quæ etiam hoc imperio contenta eſt, eoque magis quod liberos ex ſe genitos ſolos bonorum hæredes eſſe novit: namque ex pellicibus geniti parvâ portione contenti eſſe debent.

Divitiæ opulentorum poſt eorum obitum plerunque in tres portiones dividuntur: una ex tribus partibus Regi debetur: ſecunda Sacerdotibus & Clero, ex qua etiam portione ſumtus ad funus deſumuntur. Reliqua tertia portio hæreditati liberorum relinquitur.

Cæterum plebeji alium obſervant morem. Etenim ſponſus emit ſponſam plerunque certo pretio, (ſi hoc dotem appellare aliquis velit, per me licet, ego certe diſſentio) quod ab amicis vel parentibus conſtitutum fuerit, ſoluto eo pretio & traditâ à parentibus ſponſa confirmatum eſt matrimonium, adhibentur paucæ feſtivitates: id tamen quovis tempore, ſi & vir & mulier conſentiat, reſcindere licet factâ bonorum partitione & liberorum, quod tamen

rarò

rarò ſine prægnantibus cauſis inſtituitur; magnæ quippe verteretur ignominiæ.

Defunctis parentibus liberi legitimi æqualibus portionibus ea inter ſe distribuunt, exceptâ levi prærogativâ, quâ primogenitus gaudet.

Aliis quoque conditionibus matrimoniales contractus fiunt & conjugia coluntur, quas omnes recenſere nimis prolixum foret & tædioſum. Præterea in educatione liberorum differunt magnopere: paucis autem enarrabo, quomodo ea ab honeſtis parentibus plerunque inſtituatur. Ad ætatis annum quintum vel etiam ſextum ſinunt liberos domi diſcurrere & ludere nullo impoſito labore: id verò tempus ubi advenerit, tunc eos Sacerdotibus committunt ut legendi, ſcribendi peritiam ſibi comparent arteſque liberales addiſcant: eiſdem quoque in rebus ſacris ſervire vel miniſtrare tenentur, raróque parentum domos accedunt. Poſtquam eas artes ſic ſatis apprehenderint, certo cuidam opificio vel aliis miniſteriis addicuntur. Plerunque tamen acutioribus & acri qui ſunt ingenio, ad majorem eruditionem adipiſcendam (tam profana enim quàm ſacra doctrina à ſolis Sacerdotibus diſcitur) ſtudiis invigilare conce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

ditur, donec apti ſint ad munera regni adminiſtranda. Tunc enim exuunt flavum cucullum: etſi nihilominus plurimi prudentes in ea conditione & vitæ genere maneant, adſpirantes ad Præfecturam templorum, ſcholarum, vel Sacerdotium.

De Quæſtu incolarum.

SIamenſes in urbibus habitantes & populo abundantibus locis, quæſtum faciunt ex mercibus varii generis, animalibus &c. aulicis miniſteriis, vectura, piſcatione inſtituta *Iuncis* (navigii ſpecies eſt) ratibus & cymbis: alii opificiis ſe ſuſtentant. Ruſtici in pagis (quorum plurimi mancipia ſunt) ex agricultura vivunt ſerentes & colligentes varia frumenta, inprimis oryzam, cujus maximam abundantiam terra profert: plantatione quoque variarum fructiferarum arborum & fruticum, inprimis Cocciferarum & aliarum ferentium fructus, quos vocant *Siry pynangh* in magna copia: iidem quoque ruricolæ multiplicandis varii generis animalibus ſtudent, ut equis, vaccis, ſuibus, capris, anſeribus, pavonibus, anatibus, gallinis, columbis & aliis cicurum animalium ſpeciebus: unde fit ut annonæ vilitas

vilitas in hoc regno ſit & magna copia in vicinas regiones exportetur.

In diverſis urbibus & locis hujus regni varia exercetur mercatura, merces tam regioni naturales quàm importatæ ab exteris: præcipua tamen negotiatio & omnibus libera in metropoli primaria quæ dicitur *India*. Merces ſunt veſtes ex Choromandelii littoris regionibus & urbe Suratte advectæ, Chinenſes merces, cimelia, aurum, Benjovinum, gum milacca, cera, ſappaag, ſtannum, plumbum, pelles rajarum, &c. & magnus numerus cervinarum pellium, (cùm in regno hoc quotannis centies & quinquageſies mille cervi circiter capiantur) quæ in Iaponiam avehuntur.

Merces quoque varia ad annonam pertinentia, inprimis oryza, quæ amplam negotiationem præbet, cum ejus quotannis aliquot millenæ vehes ad vicinas gentes & remotas exportentur. Vnde fit, ut ad hanc urbem ferè ex omnibus Aſiæ provinciis & tota India, unà cum Europæis gentibus, Africani quoque mercatores navibus accedant & frequentent. Rex ipſe quoque mercaturam exercet, mittens quotannis naves & magnam pecuniæ vim ad Coromandelium littus & Chinam, à cujus regni regibus jam à vetuſtis tempori-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

bus ſingularia privilegia & immunitates ſuper hoc negotium adeptus eſt.

Quæ negotiatio accedentibus iis, quas ad regnum Peguanum, Avanum, Iongomam, Langhsjanghanum aliaſque vicinas regiones inſtituit, ut etiam in ipſa urbe India per ſuos Inſtitores, incredibili illum lucro ditant ſingulis annis: unde etiam fit, ut mercatores alii parvo ex negotiatione emolumento fruantur. Ex eo tamen certum licet cuivis ſumere indicium magnæ mercaturæ, quæ in hoc regno exerceatur.

De Moneta.

MOnetam uſurpant ex argento obryzo fuſam juſto pondere, forma rotunda & Regio ſigno impreſſo. Triplex autem ea eſt, nempe Tical, Maſe, Foang, quæ ad monetam Belgicam comparatæ valent, prima quidem triginta ſtuferos, ſecunda ſeptem cum dimidio; tertia tres ſtuferos cum tribus quartis. Supputant communiter Siamenſibus Cattis argenteis, quorum ſinguli valent viginti taylas, (quarum una ſex florenis æquivalet) ſive quadraginta octo Imperiales vel regales Hiſpanicos.

Tayla continet quatuor tical, quorun

um unus quatuor Maſas ſive octo Fo-
ngos.

Hiſce nummorum ſpeciebus, aliis xcluſis, mercimonia exercentur & pre-ia ſolvuntur. Ad plebis tamen com-modiorem uſum loco monetæ minoris dhibetur etiam conchularum quæ-lam ſpecies, quæ ex Philippinis Inſulis & Borneone atque Lequeone afferun-ur, quarum octingentæ vel nongentæ num faciunt foangum (tres ſtuferos Holland. cum $\frac{3}{4}$) Hiſce utuntur in quo-idiana converſatione ad emenda ea, uæ ad victum requiruntur & alia mi-noris momenti: Etenim viginti ejuſ-modi conchulis, vel etiam decem imo quinque emere poſſunt aliquid eorum quæ in foro venalia ſunt.

De Luſitanorum & Belgarum conditione in hoc Regno.

LVſitani multis annis ante Belgarum adventum in Indiam, liberè in hoc egno negotiati ſunt: nec tantum be-nevolè habiti ſed etiam in tanta apud Regem æſtimatione, ut Legati à Luſita-no Indiæ Prorege vel à Gubernatoribus aut Epiſcopis Malacenſibus miſſi hono-is & officiorum cauſa magnificè exce-pti, doniſq; affecti ſint ſplendidis: imo, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

quod majus eſt, quidam ex habitanti-
bus inibi Luſitanis ad ſplendida mune-
ra & dignitates evecti ſunt, & præte
liberrimam commerciorum poteſtaten
per totum regnum iis, conceſſum quo
que eſt liberum Religionis Chriſtian
exercitium & in ipſa urbe India Tem
pli exſtruendi facta poteſtas: quin etiar
Sacerdoti hujus Templi à Rege men
ſtruum conſtitutum eſt ſalarium. Sub
ditis quoque ſuis permiſit ad Malaccan
naves annona oneratas mercimon
ergò cum Luſitanis ibi habitantibus ex
ercendi mittere. Vnde per multos an
nos quietè & magno cum lucro Luſitar
conſederunt, donec miniſtri Societati
Belgicæ huc venientes ſedem quoqu
commerciorum fixerunt atque Luſita
norum vires paulatim diverſis fortun
caſibus, (multarum nempe navium ex
pugnatione, & mercimoniorum a
Santhomen & Negatavam imped
mento) ita labefactârunt, ut illi in præ
ſentia nihil amplius poſſint, quod ann
M DC XXIV præcipuè effectum eſt, cur
Luſitani vecti actuaria nave in fluvi
Siamenſi diripuiſſent Celocem Belga
rum. Hoc quippe Rex adeò ægrè tuli
ut facinus hoc vi & armis ultus ſit ex
pugnata Luſitanorum nave: unde H
ſpani in Philippinis Inſulis hoſtes eju

declarârunt, ut antea dictum eſt. Et
uamvis Luſitani in Siamenſi regno
abitantes & negotiantes ſimularent,
uaſi hæc Philippinorum attentata ni-
il ad ſe pertinerent, & ideò quoque hic
ermanerent, ex eo tamen tempore &
ex & Proceres minus illis faverunt,
eque Præfecto eorum (qui nomine Gu-
ernatoris & Epiſcopi Malacenſis ipſis
ræerat in Siamenſi regno) liberum
um debitis honoribus aditum ad au-
m ſuam conceſſerunt.

Atque ideo in præſentia adeo immi-
utus eſt eorum numerus & dignitas, ut
ræter paucos depauperatos Luſitanos,
Meſtices (*Meſticen* vocant, qui patre
Luſitano, matre verò Indica nati ſunt,
ui etiam colorem corporis medium
nter Luſitanorum & Indorum colorem
btinent) & Indos Chriſtianos, alios
ullos hic habeant aſſeclas: cùm ta-
men antehac opulentiſſimi & celeberri-
mi totius regni eſſent mercatores. Anno
M DC XXXI Rex Siamenſis irritatus &
mpulſus variis multiſque injuriis at-
que damnis, quibus Luſitani ſubditos
egis in navigatione affecerant, celo-
tem Luſitanam ad urbem Indiam ap-
pulſam occupavit, atque omnes Luſi-
anos, qui tunc in urbe verſabantur,
uſtodiæ tradidit; hi tamen poſt duos
annos

annos per dolum ſimulatæ Legationi aufugerunt: ob quam cauſam in portu Lygoor Bætica navis & in portu Tannaſſary Luſitanica navis detentæ ſunt à Rege & occupatæ. Qui tamen in navibus hiſce fuerant, ii conſumtis duobus annis in cuſtodia, gratis & ultro à Rege dimiſſi ſunt, Regiiſque literis ad Gubernatorem Philippinarum & Malaccenſem ſcriptis ablegati, quibus Rex offerebat eis amicitiam, pacem, & mercimoniorum poteſtatem ea libertate, qua prioribus annis uſi erant: unde veriſimile ſit, eos huc citò redituros etſi valdè dubitem, an magnum inde emolumentum percepturi ſint.

Plures, quàm triginta anni prætererunt ex eo tempore, quo Belgæ primùm in regnum hoc Siamenſe delati Regis favorem ſibi conciliârunt, ita ut Societas Indica conſultum duxerit partim ad negotiationem partim ad fœdus cum tam potenti Rege ſtabiliendum, in urbe India ædes pro reponendis mercibus & vendendis exſtruere, quæ quidem tunc temporis ex ligno fuêre. Eis Belgæ per multos annos uſi ſunt, vendentes incolis veſtes aliaque, ementes autem pelles cervinas, Sappangh &c. quæ ſingulis annis in Iaponiam avehuntur. Parum tamen lucri vel certè non pre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

ei magnitudine ad Societatem ex hac
mercatura multis annis profectum eſt,
dque propter varia damna, quæ per-
peſſi ſunt: cum Rege tamen magnam
nierunt amicitiam, & ſummam æſti-
mationem adepti ſunt ſupra alias na-
tiones Europæas: præterea multas na-
ves annonâ onuſtas hinc ad Bataviam
urbem & arcem Belgarum in Iava In-
ſula, non ad hanc Europæam Bataviam)
bduxerunt. Et quamvis interea tem-
poris Regnum ad plures, uno alteri de-
functo ſuccedente, devolutum ſit, So-
cietas quoque Belgica merces & mini-
ſtros ſuos inde diſcedere juſſerit, con-
ervata tamen eſt illa confœderatio huc-
uſque & continuanda poſthac amico
conſenſu, quandoquidem magnum ea
affert momentum ad felicem ſtatum
Reipublicæ Belgicæ in India. Etenim
& ſita eſt regio hæc opportunè ad navi-
gationem, & annonam omnis generis
ppeditat affatim, & Regis humani-
s atque controverſiæ cum Hiſpano
invitant; ideoque ad Societatis Belgi-
æ commodum & noſtræ gentis glo-
riam in cœpta amicitia perſiſtere decet,
præſertim, cum anno M DC XXXIII ſe-
s mercaturæ denuò ibi à noſtris fixa
, atque negotiationes (me per qua-
tuor annos Directore) ita accreverint,

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

ut Societas multum ex eis lucrata ſit atque ſperare liceat majus inde lucrum, ſi prudenti conſilio cœptum promoveatur. In quem finem anno M DC XXXIV (ad mandatum Prætoris Brouvveri & Conſeſſus Indici) inſigne domicilium ex cæmento extructum eſt, additis commodis mercium promtuariis, jucundis habitationibus, ſpatioſis hortis & ad omnem uſum aptis foſſis aquarum plenis (ad ripam fluvii Menan.) Locus hic ad negotiationem tam bene atque commodè ſitus eſt, ut ex omnibus, quos Societis in India poſſidet, nullus ſit qui illum ſuperet.

Hæc ſunt, quæ paucis annotare de conditione & conſuetudinibus Regni Siamenſis conſultum duxi, ſicut de eis octo annis, quibus in metropoli Indiæ commoratus fui, accuratè inquiſivi & cognovi. Remitto curioſum lectorem ad alios Scriptores, qui copioſius & planius hæc proſecuti ſunt.

Finis Deſcriptionis SCHOVTENII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

COLLECTA EX ALIIS SCRIPTORIBVS DE REGNO SIAMENSI.

Regina Patanenſis magno Regi Siamenſi ſingulis annis ad teſtandam reverentiam & ſubmiſſionem mittit aureum florem cum aliis rebus, quos raritas commendet, veſtes nimirum, Holoſericum & purpuram. Ex deſcriptione Navigationis Belgarum ſub Prætore *Iacobo à Neck*.

Siamenſes eundem ferè in ſcribendo modum obſervant, quem Europæi: literæ earum proximè accedunt ad Latinarum literarum ductus. Ex eadem Deſcript.

Gottardus Artus Dantiſcanus, qui Belgarum ſtipendiis in Indiam profectus eſt, in ſua deſcriptione hæc habet: Regnum Siamenſe quondam ita potens fuit, ut Rex Cæſaris titulum uſurpaverit, eoque ſe appellari juſſerit. Verùm anno M D LXVIII Rex Peguanus ei bellum intulit, & collecto exercitu aliquot centenorum millium militum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

regnum ejus invaſit, tandemque poſt biennalem obſidionem & amiſſis quingenties mille viris, regiam urbem & metropolim (quæ etiam appellabatur *Siam* nomine totius regni) proditione occupavit. Cauſa hujus belli fuit hæc: Erant Regi Siamenſi duo elephantes albi coloris, quod cum Peguani cognoviſſent, qui hiſce beſtiis ſanctitatem tribuunt, miſſis Legatis ad Siamenſem petierunt ab eo elephantes iſtos hac conditione, ut Rex pro libitu pretium conſtitueret, idque Peguanus ſolveret. Sed Siamenſis recuſavit illos vendere neque ullo modo perſuaderi potuit. Peguanus indignè id ferens collecto ingenti exercitu & devicto regno Siamenſi non tantùm elephantes abduxit, ſed etiam impoſito toti regno vectigali nobiles partim regno expulit vel necavit, partim captivos ſecum abduxit cum multa gaza & theſauris. Rex Siamenſis cognita urbis regiæ expugnatione veneno hauſto ſeipſum interfecit.

Hæc Artus, in quibus notandum quod urbs quam nominatam olim fuiſſe *Siam* ſcribit, ſit eadem cum ea, quæ hodie dicitur India.

Campaa Emporium eſt maritimum Regni Siamenſis, ex quo præſtantiſſimum lignum Aloes exportatur, quod Orien-

Orientales populi non minoris æſtimant quàm argentum, & creber ejus uſus eſt ad defunctorum Regum & Principum cadavera comburenda. Idem Artus.

Luſitanus quidam, cui nomen Fernan Mendez Pinto, qui & hoc regnum anno M D XL & alia Indiæ loca perluſtravit, in ſuo Itinerario regnum Siam vocat Imperium de Sornau, & regiam urbem Odiaa, ad quam ſingulis annis ad minimum mille naves mediocris magnitudinis mercimoniorum cauſa appellere ait indeque ſolvere: Præterea regis annuos reditus eo tempore fuiſſe duodecim milliones, ſeu trecentas & ſexaginta tonnas auri, non numeratis vectigalibus & tributis, quæ à Vaſallis accipiat. Vrbes & incolis frequentata loca in toto regno eſſe bis mille & ſexcenta, excluſis ab hoc numero pagis parvis. Rex, ait, titulum uſurpat hunc: Prechau Saleu, quæ latino ſermone ſonant, Sanctum membrum Dei. Agnoſcit tamen Cæſaris Chinenſis Majeſtatem, cui etiam obſervantiam ſuam teſtatur miſſo ſingulis annis tributo, idque eum in finem; ut naves ſuos ad portum Combai negotiationis ergò tuto ablegare poſſit.

Sprinckelius, qui nomine Societatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Belgicæ mercaturam in regno Patanenſi, cui Siamenſe adjacet direxit, narravit hæc, quæ in præſentia ſua ibi acta ſint, circa annum M DC XX: namque numerum anni non reperio annotatum.

Rex Siamenſis, nominatus Ragihapi, unam ex pellicibus ſuis dabat in matrimonium filio Regis de Bordelon qui vaſallus & vectigalis ipſius erat. Hanc ſponſam ipſe comitabatur ad Bordelonem uſque cum nongentis elephantis & quatuordecim millibus viris, atque certum elephantum numerum & mancipiorum Neonymphis donabat loco dotis: Sprinckelius quoque rogatus aderat ad augendam pompæ hujus magnificentiam. Rex hic (Ragihapi fortaſſis nomen fuit) ut fama ferebat, totum regnum Peguanum debellaverat, atque exercitu ad urbem Aracam adducto, obſidione eam cinxerat longo tempore. Sancte enim juraverat, ſe non reverſurum in Indiam (urbem muniſſimam Siamenſis regni) antequam Aracam expugnâſſet: ſed cum ex ſententia nequaquam res ſuccederet, ædificari curavit ſibi domum circa eam urbem, in qua habitavit, retento apud ſe toto exercitu, donec vitam cum morte commutaret. Tyrannus inſignis erat & crude-

crudelis Vir. Cum aliquando ægrotaret & forte in alio conclavi audiret ridentes aliquos, quæſivit ex miniſtris, quiſnam eſſet, qui rideret, iiſque indicatis (erant autem duæ ex præcipuis ejus pellicibus) illicò juſſit abduci & in fruſta diſſecari, propterea quod ſuſpicaretur, illas gaudere de ipſius calamitate & lætari, quod eum à morte non longè abeſſe agnoviſſent. Et quoniam hîc mentionem fecimus diſſectionis corporum, ſciendum eſt capite damnatos ita necari. Damnatus pedibus inſiſtens corpus eouſque inflectit ut manibus ad genua applicatis innitatur. Quo facto Carnifex ad regionem lumborum ſupra coxendicem immiſſo ferro in duo fruſta diſſecat. Erat inter aulicos Regis Ragihapi præcipuus & qui plurimùm valebat, quidam nomine Ochi Chronovvi (*Ochi* ſignificat Comitem vel Dominum) qui Hollandis admodum favebat, eorumque cauſas apud Regem promovebat. Hic vivente adhuc Rege clanculum in regnum accerſerat quadringentos vel quingentos Iaponenſes milites, veſtitu mercatorum, ut Rege necato horum auxilio regnum ſibi vindicaret. Id tamen, quamdiu Rex in vivis erat, non eſt tentare auſus, ſed ſimul ac defunctus is eſſet, dictus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Chronovvi regnum occupavit, ſeque in Regem coronari curavit, non obſtante eo, quod defunctiRegis filii ſuperſtites adhuc eſſent. Verùm enimverò maxima pars incolarum regię urbis (Indiæ) ſteterunt à partibus filii natu maximi Regis defuncti, eique juramentum fidelitatis præſtiterunt: cui Hollandi quoque auxilio venére contra Chronovvium, etſi hujus benevolentiam & favorem ſæpius antehac experti eſſent. Hic tamen filius natu maximus non diu poſt interiit & frater natu minimus regnum accepit, cum quo tamen bellum & ſeditioſi tumultus non finiti ſunt.

Rex Ragihapi Hollandos, (qui à Patane venerant in urbem Indiam commerciorum causâ) rogaverat, ut trecenta tormenta bellica ei ex Belgio adveherent, cum tympanis, buccinis, & aliis bellicis rebus & ſimul aliquot Præfectos belli, qui ſubditos ejus in arte bellica informarent & exercerent.

Sed Ordines Fœderati Belgii tria tantum tormenta ei tranſmiſerunt, quæ cum ad urbem Patanen expoſita eſſent tempore quo ſeditiones in Siamenſi regno flagrabant, & cum Rex Ragihapi jam vitâ exceſſiſſet, retenta ſunt in urbe Patane.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

APPENDIX
SECVNDA.

CVm Typographus ad finem libri perveniſſet, vidit aliquot paginas vacuas fore, ideóque rogavit, ut aliquid lectu dignum in gratiam emtorum adjicerem. Legeram tunc forte in Belgicis navigationibus de cæde multorum Magnatum in Perſia hiſtoriam. Eam itaque lectoribus clauſulæ loco exhibere volui. Sic autem ſe habet:

Cum quædam controverſiæ inter Regem Perſiæ & Prætorem Societatis Belgiæ in India Orientali extitiſſent, quæ apertum bellum minabantur, miſſus eſt in Perſiam (à Batavia Belgarum in inſula Iava) legatus ſeu tribunus militum cum ſex liburnicis, quæ in fine Maji anni M DC XLV appulerunt prope Ormuzum in Sinu Perſico. Coacto conſilio & rebus expenſis, conſtituerunt caſtellum, quod *Kiſmis* appellatur, obſidione cingere, & quidem tam mari quàm terrâ, idque ſtatim executi ſunt atque crebris tormentorum exploſionibus in illud detonârunt. Poſt aliquot autem dies ſoluta eſt obſidio, quoniam à Rege ad legatum Belgicum allatæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

erant ex urbe regia Eſpahan literæ, quibus ſignificabat malle ſe pacē inire cum Belgis, & omnia poſtulata concedere, quàm bello depugnare, & ſimul rogabat Legatum, ut ipſe ad aulam ſuam accederet, factis magnis pollicitationibus benevolentiæ & ſpe optatarum conditionum impetrandarum. Regis petitione in conſeſſu conſideratâ conſultum duxerunt, ut Legatus ad Regiam iret, aſſumto decem hominum comitatu. Die ſexto Iulii iter ingreſſi ſunt & peragratis multis regionibus centum & ſeptuaginta milliarium, & quidem nocturno itinere, cum de die æſtus ſolis prohibeat, pervenerunt die ſexto Auguſti in Regiam, quæ vocatur *Eſpahan*, ducente illos Præfecto urbis, qui quartâ milliaris parte ab urbe iis occurrerat & honorificè exceperat. Hic dum commorantur & cum Rege de conditionibus mercaturæ concedendæ tranſigunt, hæc acciderunt.

Decimo die Octobris Rex Perſiæ magno cum ſplendore & magnificentia ſe conſpiciendum præbuit (quod rarò facere conſuevit) venitque tunc ad illum officii cauſa Dux Arabiæ Menſurgangh & multi alii Proceres, Regis pedes oſculantes. Eodem hoc die Belgæ à Rege dono accipiebant togas auro intextas

tas & ad pedes uſque dependentes (*Gallattas* vocant) atque in aulam invitabantur ad regias dapes. Induti itaque tunicis illis contulerunt ſe in aulam, ubi Regem invenerunt ſedentem in ſuperbiſſimo ſplendore, poſitis ante eum in menſa multis cimeliis ingentis pretii. Deinde à Duce aliquo adducti ſunt ad Regis pedes, quos poſtquam, gentis illius more, oſculati fuerant, rurſus deducti ad Ducum conſeſſum. Elapsâ jam unâ circiter horâ, fercula apponebantur omnia aureis patinis contenta quadringentis circiter. Interea dum cibum caperemus, ingreſſæ ſunt triginta meretrices, quæ coram Rege choreas ducebant & alia ludicra peragebant, quibus peractis cibus eis præbebatur, ſed ſeparatâ à reliquis convivis mensâ. Belgæ poſtquam ſatis diu menſæ accubuiſſent, ſurrexerunt & præſtitâ Regi ſolenni reverentia cum conſuetis cæremoniis diſceſſerunt. Vndecimo die, qui erat Mercurii, ſupremus regni Cancellarius celeberrimæ famæ, dictus *Mierſa Tachius*, ſenex octoginta annorum, qui tredecim jam annis regno Perſiæ præfuerat, hunc ſortitus eſt vitæ exitum. Cum priori die, ut dictum eſt, Rex in ſplendidiſſimo throno ſederet, acceſſit ad eum honoris ergo Dux Ara-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

bicus pedes oſculo dignatus, quem cum
Rex blandis verbis excipere vellet, Can
cellarius Mierſa Tachi (poſtquam Du
cem Perſiæ primarium , dictum Gani
gang huic Arabico Duci loco cedere co
ëgiſſet) hiſce verbis eum compellavit
Veſtræ Celſitudinis adventus eſt nobi
gratiſſimus : quicquid veſtra celſitud
petierit, id concedemus, ideoq; V. C. d
favore noſtro non dubitare debet. Atq
in toto hoc ſermone nunquam Regiam
Majeſtatem nominavit, ſed quaſi ex ſu
loqueretur authoritate, voculâ *Nos*
uſus fuit, quæ Cancellarii imprudenti
vel arrogantia adeo Regem irâ accen
dit, ut manu acinacem tangeret aſpi
ciens ducem Ganigangh, atque ei indi
cans hiſce geſtibus, ut illico cancella
rium obtruncaret. Sed dux Ganigangh
(etſi Regis animum irâ inflammatum
eſſe ſentiret, & jam ante menſem, cum
in venatione Regi tectis verbis pravum
regimen cancellarii proponeret, reſpon
ſum à Rege accepiſſet hoc: Scio id e
quidem, Dux Ganigangh, & ſeni ill
violentâ morte pereundum eſt) non ta
men Regis ſententiam probè cognoſce
bat, neque cui Rex ſuccenſus eſſet, con
jiciebat. Interea Cancellarius forte, Re
gis iram nondum ſentiens, oculos in
Regem conjiciebat, ſed Rex capu
aliò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

ilio deflexit, & paucis libatis cibis ſurrexit de menſa & deſcendit in aulæ inferiorem aream, ubi reperit equum Cancellarii ad gradus circa portam regiam conſiſtentem: ſtatim non ſine magnâ admiratione rogavit, cujuſnam is equus eſſet? Reſpondit Dux Ganigang: Paetſchia, hoc eſt, Rex, quis verò præter illum impudentem ſenem eâ eſſet audaciâ, ut equum ſuum in aulam hanc introduceret, cum Regiis equis extra hanc locus ſit? Iam, reponit Rex, certò deprehendo diademati & ſceptro meo illudere illum ſenem, ut taceam quoties me ignominiis affecerit antehac? Cras itaque, Dux Gangangh, faxis, ut caput illius impudentis canis, qui hactenus etſi indignus meâ liberalitate ſuſtentatus eſt, amputes, & truncum in multa fruſta diſſeces.

Dux Ganigangh, qui capitalis hoſtis erat Concellarii Mierſa Tachi, admodum gaviſus eſt hoc Regis mandato, ideóque undecimo die octobris, matutino tempore cum aliquot aliis Proceribus & ſtipatus miniſtrorum turbâ properavit ad ædes Cancellarii, atque cujus caput amputatum eſt præter ultimam ejus ſuſpicionem; putabat enim illos accedere matutinæ ſalutationis & cæremoniarum cauſâ. Cæde patrata Gani-

Ganigangh ad regem ivit, illique expo[illegible]
ſuit factum: Rex laudavit ejus promti[illegible]
tudinem. Sed delata necis hujus fam[illegible]
in gynæceum cum omnes fœminæ tum
inprimis avia Regis ægrè admodum id
tulerunt, ita ut hæc mitteret miniſtro[illegible]
ad Ducem Ganigangh, quæſitum. Cu[illegible]
ſenex ille, qui tot annis regno Perſia
cum ſumma induſtria præfuiſſet, neca-
tus eſſet? Reſpondit Ganigang; veſtra
Celſitudini à Rege Sophi, piæ memo-
riæ, urbs Giæfa aſſignata eſt, ut ex ea
ſingulis annis frueretur reditu quingen-
torum thomannorum (*Thomannus* faci[illegible]
tres coronatos gallicos aureos:) ego ve-
ro demonſtrabo, hunc regni prodito-
rem Mierſa Tachi in quinque tantum
menſibus plures quàm quater mille
thomannos ex illa civitate exhauſiſſe
&c. Dein avia Regem in gynæceum ve-
nientem ita allocuta eſt: Paetſchia, cur
adeo excanduit V. M. erga ſenem illum
tam bene meritum de regno? Si quid
peccavit abrogetur ei poteſtas regimi-
nis. Rex reſpondit, illud factum eſt ma-
ter, & perfectum. Fuerat hic Mierſa
Tachi, è vili ſtirpe, & miles ſtipendia-
rius Regis qui ante hunc regnavit: ſed
paulatim per honoris gradus ad hunc
ſupremum totius Perſiæ poſt Regem
aſcenderat.

Deci-

Decimo quinto Octobris die magnus per totam urbem tumultus & populi concurſus, omnium animi ſuſpenſi novitate rerum, quoniam hi, quos nominabimus, viri, partim in regia, partim in gynęceis ſuis necabantur, nempe:

Magnus Dux Ganigangh, Tribunus militum

Dux Nachdialigangh

Filius Ducis Toffragangh

Dux Arabgangh tribunus armamentarius

Mierſalibeecq.

Cauſa hujus lanienæ, eaq; vera fuiſſe dicebatur, quod Dux Ganigangh de avia Regis, quam ſibi minus favere & conatibus ſuis ſemper reſiſtere ſciebat, nefanda conſilium cum aliis ceperit Magnatibus, & quod hac de cauſa præterita proximè nocte in ædibus Ducis Ganigangh convenerint. Adſciverant verò in hoc ſuum fœdus Regii vini Curatorem & confectorem, propterea quod hunc quoque ex interfecti Cancellarii Mierſa Tachi inimicis fuiſſe ſcirent, & virum magni conſilii promtumque manu. Cum itaque nocturno conventu conſtituiſſent, aviam Regis vi ex gynæceo ſequentis diei aurora extrahere atque necare, unuſquiſque ſoluto conſilio in ſuam reverſus eſt domum, miniſtris

ſuis

ſuis mandans, ut ſi quæ turbæ excita-
rentur, arma parata haberent.

Verumenimvero hic vini curator u
timo loco aſſumtus ſecum reputan
quod liberalitate Regis tanto ja
tempore frueretur &quod ſine dubio i
regium quoque caput ex hoc facino
periculum aliquod redundare poſſ
(quoniam Dux Ganigangh ante pauc
dies triginta millia militum clanculu
ex diverſis locis evocaverat in ſubſ
dium, propoſitum habens de omnibu
Regiis miniſtris trucidandis) ſtati
ſimul ac concilium dimiſſum erat, a
janitorem Regiæ arcis ſe confert atqu
huic periculum, quod aviæ & aliis ma
gnatibus impenderet, aperit: janitor il
licò Regi hæc denunciari curat. Re
magnopere miratus, quippe qui ante
hac Ducem Ganigangh magno proſe
cutus erat amore, vix fidem adhibeba
attamen delator tales enarravit cir
cumſtantias, ut credere cogeretur. Ita
que mandavit, ut ſimul ac matutin
tempore Dux Ganigangh cum aliis au
lam eſſet ingreſſus, omnes ii trucidaren
tur. Venére ſummo mane Dux Gani
gangh & Naghdialigangh, atque ut
Rege præceptum fuerat, capita eoru
amputata ſunt: reliqui complices i
ſuis ædibus interfecti: duodecim capti

Atqu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Atque in hiſce necibus ex mandato Regis, necandi nihil criminantur, neque alia verba proferunt, quam hæc: Regis caput ſalvum ſit & incolume: hic tibi meum præbeo amputandum. Et cum hiſce cervices abſcindendas præbent.

FINIS.

TRA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 39